DE NULLITATIBUS
ALIISQUE DEFECTIBUS
SCHEDULÆ,
QUAM

D. HENRICUS MALCORPS cum ſuis corruperunt, publiciſque typis donârunt

SUB NOMINE

SENTENTIÆ LATÆ
CONTRA

P. BERNARDUM DESIRANT

In alma Univerſitate Lovanienſi S Th. Doctorem, Hiſtoriographum Regium, Hiſtoriarum Profeſſorem publicum, & ſacræ Facultatis Theologicæ Regentem &c.

Utinam illi, qui veram perſecutionem induxerunt, nihil tale contra eum [Athanaſium] *perpetraſſent! nullus enim operâ ejus, patriâ excidit: ipſe autem ab iſtis in exilium actus eſt; quem nunc iterùm, quia ab ea relegatione liber dimittitur, gravioribus criminibus repetentes, linguam ſuam ad omnia falſa & crudelia exacuunt.* Synodus Alexandrina in Apologia 2.

✠

M. DCCX.

Cum Approbatione.

Digitized by Google

Hic cùm Athanaſius ad tantas calumnias ingemiſceret, affirmaretque eas falſas eſſe, nec fieri poſſe ut homo privatus & pauper tantum virium haberet, EUSEBIUS *nè publicè quidem detrectans calumniatoris munus*, DEJERAVIT, ATHANASIUM PERQUAM OPULENTUM ESSE, *& ſatis virium & authoritatis ad iſta omnia patranda habere, ut ita veroſimilior calumnia videretur. Ad iſtum modum res actæ ſunt, per* SANCTOS ILLOS ET VENERANDOS SYCOPHANTAS. Synodus Alexandrina in Apologia 2.

Digitized by Google

PRÆFATIO
AD
LECTOREM.

VISUM eſt Adverſariis, in ſua, quam typis dederunt, Concluſione finali, tria tentare: 1. iniquæ criminationis ſuæ tabulas publici juris facere; 2. innocentiam propriam ſupponere, non probare; 3. *Patrem Deſirant* per evulgationem ſchedulæ, ſub nomine *Sententiæ*, magis magiſque diffamare. Ad primum reſponſum eſt per *Apologiam;* ad ſecundum per *Concordantiam*; ad tertium ſic proceditur, *De nullitatibus aliiſque defectibus ſchedulæ quam D.* HENRICUS MALCORPS *cum ſuis corruperunt, publiciſque typis donârunt ſub nomine Sententiæ.* Lege, Lector benevole, animo pacato, & judica.

Digitized by Google

APPROBATIO.

L*Egi librum cui titulus :* De Nullitatibus aliiſque defectibus Schedulæ , &c. *Authore P. BERNARDO DESIRANT in alma Univerſitate Lovanienſi S. Th. Doctore &c., nihil in illo fidei aut bonis moribus contrarium reperi : & ut partem juſtæ defenſionis typis edi poſſe cenſeo. Leodii* 20. *Martii* 1710.

HEN. ROB. STEPHANI S. J.
Exam. Synod.

Digitized by Google

DE NULLITATIBUS &c.

CAPUT PRIMUM.

Exhibetur ſchedula, propter claritatem in articulos diſtincta, quam Adverſarii vocant ſententiam, *prout Patri Deſirant inſinuata fuit, idiomate vernaculo, licèt tota cauſa inſtructa fuiſſet idiomate Academico, ſive Latino.*

Den Promotor der Univerſiteyt van Loven Aenleggere,

Den Doctor in de H. Godtheydt Bernardus Deſirant *Gedaegde.*

Promotor Univerſitatis Lovanienſis Actor,

Doctor S. Theologiæ *Bernardus Deſirant* Citatus.

PRIMA PARS, SIVE NARRATIVA.

1. *GEſien by de Heeren van de Jointe geordonneert door den Raede van Staet gecommitteert tot de generale Regeringe deſer Nederlanden, ingevolge van het Decreet van den 5. October 1707. aen den ſouvereynen Raede van Brabant toegeſonden,*

2. *Den brief van den 10. Januarii van den ſelve jaere onderteeckent Z.B.V.E. met het formulier contrarie aen den Staet, ende Religie, ende eene Liſte van de perſoonen, die het ſelve bereydt ſouden geweeſt ſyn te onderteeckenen, daer inne geſloten,*

3. *Addreſſerende aen Guilielmus vanden Neſſe Paſtoor van S. Cathlyne binnen deſer Stadt Bruſſele.*

1. VIſâ apud Dominos de Juncta ordinata per Concilium Status ad generale Regimen hujus Belgii commiſſum, juxta Decretum quintæ Octobris miſſum ad ſupremum Concilium Brabantiæ,

2. Epiſtolâ de 10. Januarii ejuſdem anni ſignata Z. B. V. E. cum formulario contrario Statui & Religioni, & Catalogo perſonarum, quæ paratæ fuiſſent illud ſubſcribere illic incluſo,

3. Inſcriptâ Guilielmo vanden Neſſe Paſtori S. Catharinæ in hâc Urbe Bruxellenſi.

Digitized by Google

4. *Geſien de informatien daer over genomen den vyfden Meert daer naer ende volgende daeghen.*

5. *Geſien het groot pacquet behelſende dry cleyne pacquetten, in de welcke onder andere bevonden ſyn de brieven van den derthienſten der voorſchreve maendt Januarii onderteeckent* Z.B.V.E. *ende van den thienden Februarii daer naer onderteeckent* Z.B.van Eſpen, *beyde addreſſerende aen* Jacobus Ignatius Crys *tot Amſterdam, met een ander formulier oock contrarie aen den Staet ende Religie, t'gene verſcheyde voornaemde perſoonen met hunne reſpective naemen uytgedruckt alreede ſouden geteeckent hebben in de maendt Junii* 1706. *daer inne geſloten.*

6. *Geſien ſekeren boeck geintituleert* Liber Reſolutionum, *behelſende de geheyme vergaederingen ende reſolutien, de welcke alle die aenſienelijcke mannen in deſelve vergaederinghen met hunne reſpective naemen beroepen, van tyde tot tyde pretenſelijck ſouden genomen hebben tot naerdeel van den Staet, ende Religie.*

7. *Geſien voorders de dry brieven onderteeckent* Henricus Graſpar *daer inne oock geſloten,*

8. *Met verſcheyde andere,*

9. *Geſien alnoch d'informatien daer over genomen den negenſten des voorſchreven maendt van Meert, ende volgende daegen,*

10. *Geſien diverſche ſtucken door den gedaeghde ten proceſſe geconſigneert.*

11. *Mitſgaeders de Acten ende Notulen in ſaecke gehouden,*

12. *Als oock de Requeſte by den Aenleggere gepreſenteert den* 28. *Aprilis daer naer, met den Appointemente daer op gevolght be-*

4. Viſis informationibus deſuper captis quintâ Martii & ſequentibus diebus.

5. Viſo magno faſciculo complectente tres parvos faſciculos, in quibus inter alia inventæ ſunt litteræ de 13. ſuprafcripti menſis Januarii ſignatæ Z.B.V.E. & de 10. Februarii ſequentis ſignatæ *Z B. van Eſpen*, ambæ inſcriptæ *Jacobo Ignatio Crys* Amſtelodami, cum alio formulario illic incluſo etiam contrario Statui & Religioni, quod variæ præclaræ perſonæ ſuis reſpectivè nominibus expreſſæ jam tum ſignaſſent in menſe Junii 1706.

6 Viſo certo libro cui titulus *Liber Reſolutionum*, complectente occultas Congregationes & Reſolutiones, quas omnes illi ſpectabiles viri in iiſdem Congregationibus, ſuis reſpectivè nominibus reclamati de tempore in tempus prætensè accepiſſent in præjudicium Statûs & Religionis.

7. Viſis ulteriùs tribus epiſtolis ſignatis *Henricus Graſper* etiam illic incluſis,

8. Cum diverſis aliis,

9. Viſis inſuper informationibus deſuper captis nonâ ſupraſcripti menſis Martii & diebus ſequentibus,

10. Viſis diverſis partibus per citatum in lite conſignatis.

11. Simul & Actis & Notulis in lite ſervatis,

12. Prout etiam Libello per Actorem, oſt exhibito 28. Aprilis, cum Apoſtilla deſuper ſub-

helſende proviſie van daeghſel perſoneel tot laſte des gedaeghde,

13. *De Interrogatoria begonſt den veerthienden Meert* 1707.

14. *Ende de Reſponderinghe des gedaeghde daer op gevolght,*

15. *Geſien voorders die feyten van belaſtinge,*

16. *Ende de perſoneele antwoorde des gedaeghde van den* 9. *Mey daer naer, beneffens ſyne ſchrifture van naerdere ſchriftelijcke antwoorde.*

17. *Replicque des Aenleggers,*

18. *Mitſgaeders de Verbaelen ende* loco termini *des gedaeghde daer tegen gehouden.*

19. *Geſien het Decreet vanden Rector Magnifick van d'Univerſiteyt van den elfſten Junii van den ſelven jaere daer by den gedaegde proviſionelijck wirde verboden t'intervenieren in eenige Academicke Actien, ofte leſſen t'exerceren geconfirmeert met den Vonniſſe van de Jointe van den* 4. *Novembris leſtleden,*

20. *Geſien het Vonnis interlocuteir gegeven den achtienſten Junii van den ſelven jaere, waer by den Aenleggere wirt geadmitteert ten thoon, den gedaegde geheel in ſynen thoon ter contrarien,*

21. *Geſien dien volgens thoon van Partyen hinc inde geproduceert met de Reprochen ende ſalvatien daer op gevolght,*

22. *Die Schrifture geintituleert Concluſie Finael by Partyen overgegeven,*

23. *Eentſaemelijck die Requeſte Civiele des Aenleggers van den ſeſthienden Februarii leſtleden,*

24. *Met de redenen van impertinentie des gedaegde daer tegen gedient.*

ſecuta, complectente proviſionem citationis perſonalis ad onus citati,

13. Interrogatoriis inchoatis decimâ quartâ Martii 1707.

14. Et reſponſione citati deſuper ſecutâ,

15. Viſis ulteriùs factis gravaminum,

16. Et reſponſione perſonali citati de nonâ Maii ſubſequentis, ſimul cum illius ſcriptura ſcriptæ Reſponſionis ulterioris,

17. Replicâ Actoris,

18. Simul cum Verbalibus & *loco termini* per citatum contrà ſervatis.

19. Viſo Decreto Rectoris Magnifici Univerſitatis Lovanienſis de 11. Junii ejuſdem anni per quod citato proviſionaliter interdicebatur intervenire aliquibus functionibus Academicis, aut prælectiones exercere, per ſententiam Junctæ de 4. Novembris ultimò elapſi confirmato,

20. Viſâ ſententiâ interlocutoriâ, datâ die 18 Junii ejuſdem anni per quam Actor admittebatur ad probationem, citato integrô ad ſuam probationem in contrarium.

21. Viſa conſequenter probatione à partibus hinc indè producta cum reprobationibus & ſalvationibus deſuper ſecutis,

22. Scripturâ cui titulus Concluſio Finalis à Partibus exhibitâ,

23. Inſimul Libello Civili Actoris de 16. Februarii ultimò elapſi,

24. Cum citati rationibus impertinentiarum contrà exhibitis.

Digitized by Google

25. *Op alles geleth*,

26. *Die Heeren vande Jointe ter interventie van het officie Fiſcael van den voormelden Raede van Brabant*,

27. *Voegende die voorſch: Requeſte Civiele totten proceſſe*,

25. Omnibus attentis,

26. Domini de Juncta interveniente Officio Fiſcali prænominati ſupremi Concilii Brabantiæ,

27. Prædictum Libellum Civilem jungentes ad litem,

SECUNDA PARS, SIVE DISPOSITIVA.

28. *Verclaeren de voorſch: brieven vanden* 10. *ende* 13. *Januarii ende* 10. *Februarii* 1707. *beneffens de voorſch: Formulieren ende Reſolutionem*, *alle gemaeckt door* Petrus Nicolaus Tourteau (*ten proceſſe geroert*) *verdight*, *vals*, *ſcandaleus*, *ende seditieus*,

29. *Ordonnerende dien volgens dat de ſelve publieckelijck ſullen verbrant worden door de handen vanden Scherprechter*,

30. *Ende houdende den gedaegde voor ſuſpect van geconcurreert te hebben beneffens den voorn:* Tourteau *tot het fabriceren van de voorſch: Brieven*, *Formulieren*, *ende Reſolutien*,

31. *Mitſgaeders voor geconvinceert van te hebben doen maecken verſcheyde Notariale Copyen vande voorſch: valſche brieven*,

32. *En de ſelve als geauthenticqueerde Copyen van pretenſe waeraehtige brieven van den Doctoor* Zegerus Bernardus van Eſpen,

33. *Ter quaeder trouwe geſonden te hebben* ad Altiores Poteſtates,

34. *Ende ſich voorders daer van bedient naer ſyn goeddunckken*,

35. *Als oock van te hebben doen maecken verſcheyde Notariale Copyen vande gemelde geſabriceerde Formulieren ende Reſolutien*,

36. *Ende de ſelve als een waeraehtigh*

28. Declarant ſuprafcriptas litteras de 10. & 13. Januarii necnon de 10. Februarii 1707. ſimul cum præfatis Formulariis & Reſolutionibus, quæ omnia confecta ſunt per *Petrum Nicolaum Tourteau* (in lite motum) fictas, falſas, ſcandaloſas, & ſeditioſas

29. Proinde ordinantes, ut eædem publicè comburantur per manus Tortoris,

30. Et habentes citatum pro ſuſpecto quòd concurrerit ſimul cum prædicto *Tourteau* ad fabricationem præſcriptarum Epiſtolarum, Formulariorum, & Reſolutionum,

31. Inſimul pro convicto, quòd curaverit fieri diverſas Copias Notariales præſcriptarum falſarum epiſtolarum,

32. Et quod eaſdem tamquam autheuticas Copias prætensè verarum epiſtolarum Doctoris *Zegeri Bernardi van Eſpen*,

33 Malâ fide miſerit *ad Altiores Poteſtates*,

34 Et ulteriùs iis uſus fuerit ad libitum ſuum,

35. Prout etiam quòd curaverit fieri diverſas Copias Notariales mentionatorum fabricatorum Formulariorum & Reſolutionum

36. Eaſdemque tamquam ve-

Digitized by Google

werck voortſcomende vanden gemelden Doctor van Eſpen ende van andere perſoonen aldaer genomineert,

37. Beneffens de voorſchrevene gecopieerde ende geauthentiqueerde brieven, oock ter quaeder trouwe geſonden te hebben ad Altiores Poteſtates,

38. Ende anderſints gebruyckt te hebben tot hun groot naerdeel,

39. Houdende hem voorders voor ſuſpect van geinduceert te hebben tot dry differente reyſen den gemelden Tourteau tot het intercipieren uyt de Poſterye van de voorſch: dry cleyne pacquetten brieven geſchreven door den voorn: Henricus Graſper,

40. Aen verſcheyde perſoonen,

41. Ende voor geconvinceert van de ſelve dry pacquetten t'elcker reyſe door den gemelden Tourteau als geintercipieert uyt de Poſterye toegebroght, oock voor alſulcke, t'elcker reyſe al willens ende wetens aengenomen te hebben, tot hem gehouden,

42. Ende ſich daer van bedient te hebben tot evident perijckel van het verlies van allen de voorgeroerde mannen,

43. Ende eyndelijck van begaen te hebben voordere exceſſen ten proceſſe naerder gemelt,

44. Die Heeren van de Jointe verclaeren den gedaegde vervallen van alle leſſen, beneficien, ende officien, de welcke by binnen de Univerſiteyt van Loven is beſittende, bannen hem ten eeuwighen daege uyt alle de Landen vande gehoorſaemheyt van ſyne Majeſteyt, op pene van arbitrale ſtraffe, condemnerende hem in allen de coſten ende miſen van juſtitie. Aldus gedaen binnen deſe Stade Bruſſele den 18. May 1708. onder-

rum opus procedens à mentionato Doctore *van Eſpen*, & aliis perſonis ibi nominatis,

37. Simul cum ſupraſcriptis deſcriptis & authenticatis epiſtolis, etiam malâ fide miſerit *ad Altiores Poteſtates*.

38. Et aliàs uſus fuerit in ipſorum magnum præjudicium.

39. Habentes ipſum ulteriùs ſuſpectum quòd uſque ad tres diſtinctas vices induxerit præfatum *Tourteau* ad intercipiendos è domo Curſoris præfatos tres parvos faſciculos epiſtolarum per *Henricum Graſper*,

40. Ad diverſas perſonas ſcriptarum,

41. Et pro convicto quòd coſdem tres faſciculos quâlibet vice per mentionatum *Tourteau* ex domo Curſoria allatos, etiam tamquam tales volenter & ſcienter, apud ſe tenuerit,

42. Et uſus fuerit in evidens periculum perditionis omnium prætactorum virorum,

43. Et finaliter quòd commiſerit ulteriores exceſſus in lite propiùs mentionatos,

44. Domini de Juncta declarant citatum excidiſſe omnibus lectionibus, beneficiis, & officiis, quæ in Univerſitate Lovanienſi poſſidet, mittunt eum in exilium in æternum diem ex omnibus Regionibus obedientiæ ſuæ Majeſtatis, ſub pœna arbitrariæ punitionis, condemnantes eum in omnes expenſas & impendia juſtitiæ. Ita factum in hac Urbe Bruxellenſi 18. Maii 1707.

Digitized by Google

teeckent, H. Bodry. Concordat hæc copia cum ſuo Originali, *quod atteſtor* H. W. Quirini *Not. Apoſtolicus.* Ende boven ſtont, *inſinuatio facta 26. Maii. Signatum* J. F. de Potter.

Signatum H. Bodry *Concordat hæc Copia cum ſuo Originali*, quod atteſtor, H. W. Quirini Not. Apoſtolicus. *Et ſuperiùs habebatur*, inſinuatio facta 26. Maii, *Signatum* J. F. de Potter.

CAPUT SECUNDUM.

Exhibetur Sententia per Imperatorem Conſtantium *ad inſtantiam Arrianorum, contra* S. Athanaſium, *ex ſuſpicionibus lata, quibus nonobſtantibus malè vocabant* convictum, *qui auditus non fuerat.*

QUoniam ſæpiùs ex cauſa S. *Athanaſii* oſtendimus, quanta inter perſecutionem olim ab impiis Arrianis contra S. Patriarcham motam, ad labefactandam Chriſti fidem, interque perſecutionem nuper à Janſeniſtis, qui ſe Catholicos vocant, adverſus *Patrem Deſirant*, cui quidem non D. Athanasii ſanctitas, fides tamen eadem communis eſt, ſuſcitatam, comparatio interceſſerit; juvabit ad Lectoris contemplationem, ſententiam Imperatoris *Conſtantii*, per Arrianorum importunitates extortam, hîc ſubjungere. Verba ſunt:

„Denuntiamus, ut abſiſtant ab Athanasii ſtudio, neve recordentur ſu„perfluæ illius garrulitatis, alioqui ſuo malo ſentient ſe ſummis periculis „obnoxios teneri, à quibus haud ſcio an quiſquam eloquentium ſeditioſos „illos eripere poſſit. Siquidem abſurdum *Athanaſium*, & de turpiſſimis ſce„leribus *convictum*, quibus numquam par ſupplicium luerit, etiamſi decies „occidatur, ſolum ex ſolo vertentem in alias perpetuò ſedes depelli, & ejus „Aſſentatores & miniſtros, homines præſtigiatores taleſque quos nefas ſit no„minare, ſinere hîc turbas facere, de quibus jam pridem judicibus præceptum „eſt, ut eos occidant, qui fortaſſe nè ſic quidem perituri ſunt, ſi maturè à „prioribus delictis reſiliant, & tandem ab iis transfugiant, quibus ſceleratiſſi„mus Athanasius ſe ducem præbuit, qui Reipublicæ nocuit, & Sanctissi„mis Hominibus impias & nefarias manus attulit." Apol. 1. pag. 159. D. 2.

Vides, Lector Romano-Catholice, Sententiam contra *S. Athanaſium* latam, terminis conceptam fuiſſe multò durioribus, quàm quæ per *Henricum Malcorps* cum ſuis, adverſus *Patrem Deſirant* nefandis typis edita fuit. Puduit ſcilicet, amariora, quæ in corde geſtabant, vota ſua fatali ſchedulæ intrudere. Cæteroqui ex totius amarulentæ Concluſionis finalis contextu ſatis patet, quàm ſevera, & quàm horrenda in innocentis Sacerdotis caput, fidei cauſâ devoverint, quin etiam, quòd ad ſatiandam ipſorum rabiem, id quod triſti ſchedulæ defuiſſe videtur, hoc ſparſis circumquaque rumoribus funeſtiſſimis, homines ſemper ad crudelia parati ſuppleverint, palam vociferantes, mitiùs cum *Patre Deſirant* actum fuiſſe quàm oportuit: quaſi vitâ indignus fuiſſet, quem fictarum cædium in ſpatiis imaginariis intentarum inverecundè reum egerant. Quidnam hoc eſt aliud, quàm quod ſuprà in ſententia S. Atha-

Digitized by Google

naſii dicitur: *nunquam par ſupplicium luerit, etiamſi decies occidatur*? Tanta inter utriuſque ſectæ furores concordia.

CAPUT TERTIUM.

Detegitur primus error, falſitas, & falſatio ab Adverſariis circa ſchedulam, quam ſententiam vocant, taliter perpetrata, ut ſine gravibus Dominorum de Junctâ injuriis dici non poſſit illorum ſententiam eſſe.

SChedulam nativo ſuo, & tranſlato idiomate, capite primo dedimus, prout hæc *Patri Deſirant* die 26. Maii 1708. Originariè Bruxellis per Curiæ Brabantiæ Apparitorem *de Potter* inſinuata fuit. Minuta ibidem dicitur ſignata fuiſſe per D. Graphiarium *Bodry* præfatæ Junctæ Secretarium, authenticatio verò facta per Procuratorem *Quirini*, prout legentibus patet.

Eandem ſchedulam Adverſarii publicis typis ediderunt retrò Concluſionem finalem pag. 123. & ſeqq.

Omiſſis minutiis referimus quæ graviora ſunt, & textum textui conferemus in parallelo.

PARALLELUM.

Textus vernaculus Schedulæ inſinuatæ.	Textus vernaculus falſatus ab Adverſariis impreſſus.
Art. 42. Ende ſich daer van bedient te hebben, tot evident peryckel van het verlies van allen de voorgeroerde mannen. Ende eyndelyck &c.	*Ende ſich daer van bedient te hebben* NAER SYNE BELIEFTE. MITSGAERDERS VAN DE VOORSCHR. BRIEVEN, FORMULIEREN, RESOLUTIEN ENDE PACQUETTEN GEBRUYCKT TE HEBBEN *tot evident peryckel van het verlies van allen de voorgeroerde mannen. Ende eyndelyck &c.*
Textus inſinuatus tranſlatus.	Textus falſatus tranſlatus.
Et iis uſus fuerit in evidens periculum perditionis omnium prætactorum virorum. Et finaliter &c.	*Eoſque* IN USUM SUUM PRO LUBITU SUO CONVERTERIT; NEC NON QUOD SUPRASCRIPTIS EPISTOLIS, FORMULARIBUS, RESOLUTIONIBUS ET FASCICULIS *uſus fuerit in evidens periculum perditionis omnium virorum prætactorum. Et finaliter &c.*

VERIFICATIO
utriuſque Textûs.

„EGo infraſcriptus Notarius Apoſtolicus, & Cæſareus, debitè requiſitus
„in favorem Juſtitiæ & veritatis atteſtor, quòd Originalem Sententiam

Digitized by Google

„quorumdam Dominorum de Juncta, Adm: Reverendo & Eximio Patri „*Bernardo Deſirant* Bruxellis die 26. Maii 1708. per *J. de Potter*, cujus „Character mihi notus eſt, inſinuatam confrontaverim ſive contulerim cum ſi- „mili Sententia, prout eſt impreſſa retrò Concluſionem finalem pag. 123. uſ- „que ad paginam 128. & quod invenerim, quod pag. 128. in fine, in dictâ „Sententiâ impreſsâ habeantur quidem hæc verba: *Ende ſich daer van be-* „*dient te hebben naer ſyne geliefte. Mitſgaeders van de voorſchr. Brieven,* „*Formulieren, Reſolutien, ende Pacquetten gebruyckt te hebben tot evident pe-* „*ryckel van het verlies van allen de voorgeroerde mannen. Ende eyndelyck &c.* „At verò quòd in præfato Originali habeatur prout ſequitur. *Ende ſich daer* „*van bedient te hebben tot evident peryckel van het verlies van allen de voor-* „*geroerde mannen. Ende eyndelyck &c.* In cujus rei fidem præſentem Actum „confeci coram Rdo. Adm: Domino *Jacobo Feibus* Canonico, & Protho- „notario Apoſtolico, & Clariſſimo Domino *Joanne Henrico Schvveling* J. U. „Doctore, teſtibus ad hoc vocatis, qui idem coram me & mecum collatio- „nando declaraverunt, & minutam hujus ſignaverunt. Actum in Urbe A- „quiſgranenſi hâc die vigeſimâ-ſextâ Octobris anni 1709. Quod atteſtor Joan- „nes Henricus Pfluger, Apoſtolico-Cæſareus Aquiſgrani Reſidens Nots „publs, manu ſignoque prop.

Loco (✠) Sigilli.

Diſparitas eſt nimis magna. Malignitas, quæ in alterutro textu interceſſit, major eſt: conſequentia verò longè maxima. Intruſio ſexdecim vocum, quas majuſculis diſtinximus.

Quæ ut clariùs eluceſcant, oportet expendere quòd in præſenti ſchedulæ parte agatur unicè de tribus faſciculis Litterarum *Henrici Graſper*. Intelligentur autem clariſſimè, ſi ſchedula dividatur in partes.

Pars narrativa incipit ab articulo 1. & finit atticulo 24.

Pars præparativa ad formam judicii ferendi continetur articulis 25. 26. & 27.

Pars diſpoſitiva, ſive judicativa incipit ab articulo 28. & finit articulo 44.

Pars hæc diſpoſitiva ſubdividitur in quatuor membra, quorum primum ab art. 28. uſque 29. concernit Litteras & ſcripta, tamquam per *Petrum Nicolaum Tourteau* confecta, & Tortoris manu comburenda. Secundum ab art. 30. uſque ad 38. habet *Patrem Deſirant* pro ſuſpecto quòd ad præfatorum ſcriptorum confictionen concurriſſet, & convicto, quod illorum copiis malâ fide uſus fuiſſet *in ipſorum magnum præjudicium.* Tertium verò ab art 39 uſque ad 42. agit de tribus faſciculis Litterarum *Henrici Graſper*, habetque eumdem *Patrem Deſirant* pro ſuſpecto quòd ad illorum interceptionem concurriſſet, & pro convicto quòd iiſdem uſus fuiſſet *in evidens periculum perditionis omnium prætactorum virorum.* Quartum, articulo 40. decernit pœnam

Diſcrimen eſt longè maximum inter uſum, qui Adverſariis tantummodò *magnum præjudicium* intuliſſet; & uſum qui inſuper tetendiſſet *in evidens periculum perditionis prætactorum virorum.* Magnum præjudicium multò minùs ſonat, quàm evidens perditionis periculum. Atqui juxta ſchedulam, magnum illud præjudicium infuiſſet uſui Litterarum, & ſcriptorum per *Petrum*

Digitized by Google

prætenſè confectorum; uſui verò Litterarum *Henrici Graſper* per eundem *Petrum* interceptarum inſuiſſet *evidens periculum perditionis.* Magna diſparitas, ùt dixi.

Diſpoſitivæ partis membrum ſecundum circa ſcripta per *Petrum* prætenſè confecta diſpoſitionem abſolverat: quidnam, obſecro, veniret ad rem, vel quomodo ordo, qui etiam in parte narrativa obſervatus fuerat, cuſloditus fuiſſet, ſi in membro tertio, quod de ſolis *Henrici Graſper* Litteris agebat, repeterentur verba impertinentia, *de ſupraſcriptis Epiſtolis, Formularibus, Reſolutionibus*?

Apparet igitur quòd Adverſarii hæc verba intruſerint, ut *evidens perditionis periculum*, non in ſolas Litteras *Henrici Graſper*, ſed etiam in anteriores devolverent.

Sed fruſtrà. Totus enim fictus anteriorum uſus in membro primo *magni* tantummodò *præjudicii* notatus fuerat; igitur *evidens perditionis periculum*, quod in membro tertio acceſſit, ſolarum *Henrici Graſper* Litterarum uſui imputatum fuit, quia hæ ſolæ ad cumulum acceſſerant.

Fruſtrà, inquam, Adverſarii lethale vulnus, quod illis per ſchedulam quam adorant, inflictum fuit, nituntur abſcondere, quaſi juxta illam, *evidens perditionis periculum* ſolis *Henrici Graſper* Litteris ad ſcribendum non eſſet. Datò enim ſed non conceſſò, quòd nulla illic verba intruſa fuiſſent, idem tamen quoad hoc ſenſus maneret.

Poſſent quodammodò magnum *illud præjudicium*, de quo in membro ſecundo agitur, ex ſenſu ſchedulæ, in prætenſum malum uſum refundere, ſub prætextu quòd ſcripta, de quibus ibidem ſermo eſt, non ab illis ſcripta, ſed ab aliis ficta fuiſſent. Quonam verò modo *evidens illud perditionis periculum*, de quo in membro tertio agitur, ab illorum cervicibus devolvetur, ubi omnes ſunt in confeſſo, quòd *Henrici Graſper* Litteræ non fictæ, ſed verè ſcriptæ fuerint? Omnis earum uſus conſtitit in tranſmiſſione copiarum ad duos manſuetiſſimos Eccleſiæ Prælatos. Nihil hæc tranſmiſſio de iſtarum Litterarum tenore aut virtute mutavit. Si fuit *periculum*, ſi *periculum evidens*, ſi *periculum perditionis*, tum igitur ipſis Adverſariis confitentibus, eſt evidens, quòd litteræ iſtæ ſint periculoſæ, & quòd ſint litteræ perditionis.

Quod caput eſt, juxta eandem ſchedulam eſt evidens, quòd illud *perditionis periculum* illos ipſos, & non alios, tamquam illarum Authores, concurſores, fautoreſque reſpiciat. Verba enim ſunt: *in evidens periculum omnium prætactorum virorum*; id eſt Doctoris *van Eſpen* cum ſuis, qui anteà in ſchedula nominati, ſive prætacti fuerant.

Servus Romanus revelando Conſuli veras apud *Vitellios* conſcriptas litteras, non potuiſſet *Bruti* filiis perditionis periculum adferre, niſi litteræ fuiſſent conſpiratoriæ, & conſequenter perditiſſimæ. Quando verò *Perſeus* fratri ſuo *Demetrio* apud Patrem *Philippum* Macedoniæ Regem, per litteras, Romani Conſulis nomine confictas magnum præjudicium intulit, tunc præjudicium per ipſam fictionem & rei fictæ malitiam inuſtum fuit. Servus Romanus laudatur, quia revelavit veritatem, & *Bruti* filii condemnantur, quia veritas ipſorum crimina detexit. Si *Perſeus* Fratri affinxiſſet non mala, ſed bona,

Digitized by Google

vel indifferentia, tunc fictionis quidem Reus extitiſſet apud veritatem, nullum verò fratri præjudicium cauſaſſet apud Regem Patrem. Manet ergò certum, & indubitatum, quòd ubi litteris veris ineſt *periculum perditionis*, illarum authores peroıne ſint convicti, quòd ſcripſerint litteras *perditionis*.

Eouſque Adverſarius ſua ſchedula perdit.

Quidnam autem nunc de ſchedulæ ſinceritate ſtatuemus? an falſata, quam impreſſerunt, an falſata, quam inſinuari fecerunt? Alterutra certè vitiata eſt & utrumque fuit factum Adverſariorum. Eligant quod volunt, & nihil hâc optione lucrentur: ſeu enim malint falſarii dici, quia corruperunt ſchedulam inſinuatam, ſeu præferant falſarii eſſe, quia adulteraverunt impreſſam; falſatio utrobique in triſte ipſorum caput redundat.

Cùm verò certum ſit, ac indubitatum, quòd Domini de Juncta, ut vocant, neque copiam illam falſatam impreſſerint, aut imprimi fecerint, neque Originale Patri Deſirant inſinuârint, non poteſt hæc falſatio ipſis adſcribi; & conſequenter nulla vel in ſpeciem ipſis injuria, vel ignominia infertur, dum detegitur, & ſervato moderamine inculpatæ tutelæ impugnatur.

CAPUT QUARTUM.

Detegitur ſecundus Error ſchedulæ, in eo ſitus, quòd Adverſarii eam appellent ſententiam, cùm tamen ſententia dici non poſſit, ſive conſideretur prout fuit impreſſa, ſive expendatur prout fuit inſinuata.

NOn habemus undè ſchedulam, prout extat, reputemus tamquam ſententiam, quæ à Dominis de Juncta emanaſſet.

Conſtat enim aliundè, quòd Adverſarii, cùm eſſent pars in cauſa, auſi fuerint authoritate privatâ ſchedulæ titulum adjicere, qui in Originali non reperitur. Originale quod Patri Deſirant inſinuatum fuit, ſic incipit; *Promotor Univerſitatis Lovanienſis Actor, Sacræ Theologiæ Doctor Pater Deſirant Citatus*. Ipſi verò retrò Concluſionem finalem pag. 123. præfixerunt hunc titulum, *Sententia in Cauſa inter* PROMOTOREM *Univerſitatis Lovanienſis Actorem*, & PATREM BERNARDUM DESIRANT, *S. Th. Doctorem, Citatum*.

Intoleranda audacia in eo ſita eſt, quod hæc adjectio tituli facta fuerit in circumſtantiis, ubi tam Conſiliariis Bruxellenſibus, quàm Academicis Lovanienſibus notum erat, quòd inter Concilium Brabantiæ ex una, & Lovanienſem Univerſitatem ex altera partibus ſubortus fuiſſet conflictus juriſdictionis, & quòd Concilium Status iniviſſet viam mediam, ordinando, ut cauſa perinſtrueretur coram Univerſitatis Rectore, qui Bruxellas duos Aſſeſſores mitteret, quibus à D. Cancellario Brabantiæ jungerentur tres alii, & hi quinque præſentem cauſam deciſuri eſſent, *comme ſera trouvé convenir en Juſtice*, id eſt, *prout invenietur in Juſtitia convenire*.

Et quidem Univerſitas pro Juriſdictione ſua Eccleſiaſtica, tunc primùm per inſtantias quorumdam Pſeudo-Academicorum violari cœpta, publicè

Digitized by Google

fuerat proteſtata ; & proteſtationis ſuæ tabulas fecerat debitè inſinuari.

Poſt hæc accidit, ut præfati quinque Aſſeſſores die quartâ & quintâ Novembris, quinque incidentales cauſas, prout in Apologia oſtendimus, decidentes, deciſionis ſuæ ſchedulam non appellaverint Sententiam, & multò minùs per ſe aut per Apparitorem Civilem inſinuari fecerint, ſed ſimpliciter curaverint extradi Univerſitatis Rectori ; qui authoritate ſuâ, per Univerſitatis Apparitorem *van Langendonck* judicium hoc exercuit, & executus fuit, in verbis, *inſinuatio facta hàc 9. Novembris* 1707. A. VAN LANGENDONCK.

Proindeque Eccleſiaſtica Univerſitatis Juriſdictio per Bullas Apoſtolicas & Sanctiones Regias, ipſumque *Lætum* Patriæ *Introitum* ſtabilita, nondum eatenùs læſa fuerat. Manſerat enim idem Actor, à principio uſque ad finem ; eadem Concluſio cum quibuſvis ſcripturis ſubſecutis, directa & inſcripta fuerat Univerſitatis Rectori, ſine ulla mutatione : & quinque præfati Aſſeſſores pronuntiaverant, eo modo qui hactenus Lovanii ſervatus fuerat in aliis cauſis, ubi Rectores, præſertim, qui non ſunt, vel non erant profeſſione juriſperiti, Juridicos Aſſeſſores conſtituere ſolent ac debent. Conſequenter quinque illæ deciſiones incidentales, prout à Rectore fuerunt executioni mandatæ, poterant, ac debebant conſiderari tamquam Sententiæ Rectorales juxta l. 30. ff. de Judiciis : *ubi ſemel acceptum eſt judicium, ibi & finem accipere debet.* Imò non tantùm ubi lis conteſtata eſt, ſed & ubi ſimplex citatio facta l. 7 ff. eod.

Dum verò iidem Aſſeſſores die 18. Maii 1708. cauſæ principalis deciſionem conceperunt, per omnia quidem ſecuti ſunt formam in præfatis incidentalibus obſervatam, id eſt, nec ſchedulæ ſuæ præfixerunt titulum *Sententia*, vel quid ſimile, nec per Apparitorem proprium ſeu civilem executioni demandàrunt ; ſed *D. Guilielmus Leunckens*, qui fuerat unus ex quinque, die 20. Maii cum quatuor ſchedis Lovanium profectus eſt.

Prima ſcheda dicebatur neſcio quid continere de reſtituendo *Petro* in azylum, prout ante omnia factum fuit.

Secunda ſcheda continebat deciſionem contra *Petrum Nicolaum Tourteau* tamquam inſtrumentorum, Tortoris manu, in ejus præſentia comburendorum, confectorem, & litterarum *Henrici Graſper* interceptorem. Et hæc quidem ſcheda fuit *Petro* inſinuata, licèt ſciretur, quòd nulla ab ipſo expenſarum refuſio ſperanda foret ; fuit autem ab Adverſariis ſuppreſſa. Impreſſerunt ſolam illius juſtificationem ſub titulo, *Deductio loco Motivi.*

Tertia ſcheda continebat Victoriam *P. Franciſci d'Herbe*, qui ab impactis per *D. Henricum Makorps* criminationibus abſolvebatur ; ſed hæc deciſio ſuppreſſa manſit, nec umquam communicata, vel inſinuata fuit, niſi poſtquam Adverſarii diffamatoriam ſuam Concluſionem Finalem tam contra dictum *Patrem d'Herbe*, quàm contra *Patrem Deſirant* typis dediſſet. Tunc ex alia occaſione exhibuerunt eam Priori Lovanienſi.

Quarta denique ſchedula incipiens, *Promotor Univerſitatis Lovanienſis Actor, Sacræ Theologiæ Doctor Pater Bernardus Deſirant, Citatus, &c.* erat hæc de quâ quæſtio.

Digitized by Google

Si mens non læva fuiſſet, nullus Academicus, juramenti ſui memor (ſed quid poſt tot & tanta in hac lite quaſi ex profeſſo perpetrata de juramentis queror?) ſuſtinuiſſet, præſentem deciſionem aliter inſinuari poſſe, quàm authoritate Rectorali, per Apparitorem Academicum, eo modo quo dictus *D. Guilielmus Leunckens* in anima ſua noverat, deciſiones incidentales anteà inſinuatas & executioni mandatas fuiſſe.

Sed aliter viſum fuit hominibus, quibus *Patris Deſirant* innocentia, Reverentia Sacerdotalis, exemptio Monaſtica, Juriſdictio Eccleſiaſtica, & Fides Romano-Catholica, in præſentibus circumſtantiis quaſi ſemper duraturis, eodem in pretio erant.

Rector Univerſitatis, qui tunc erat Doctor Romano-Catholicus *Antonius Parmentier* nullatenùs immixtus fuit. Non intervenit etiam Aſſeſſor ejus *D. Joannes Baptiſta VVauckier*, pariter Romano-Catholicus Doctor utriuſque Juris: Neuter ſchedulam, quam Adverſarii Sententiam vocant, inſinuari fecit, neque ad inſinuationem per ſe neque per Univerſitatis Secretarium neque per ullum hominem directè vel indirectè concurrit. Solus ſatelles doloris, Adverſæ partis Procurator, nomine *Quirini*, tamquam Notarius Apoſtolicus (egregius ſcilicet Apoſtolicus!) dictæ ſchedulæ conſarcinavit copiam adulteratam, ſi illa, quam Adverſarii publicârunt, vera eſt; aut ſi hæc non eſt vera, ſed Adulterina, (Adverſarii eligant) copiam talem qualem Bruxellas miſit ad Civilem Apparitorem *de Potter*, (quaſi Bruxellis defuiſſent Apoſtolici) illamque per hunc ibidem inſinuari fecit, prout etiam die 26ᵃ Maii inſinuata fuit, in verbis, *inſinuatio facta 26. Maii* 1708. J. F. DE POTTER.

Præterea manifeſtam nullitatem, non tam ex tali inſinuandi modo, quàm ex defectu influxus Rectoralis ſive Juriſdictionis Eccleſiaſticæ reſultantem. Quis enim Sententiam Rectoralem dicet, quam ſoli Aſſeſſores ſic concepiſſent, ut ipſe Rector nec per ſe, nec per Aſſeſſorem ſuum, nec per Secretarium ſuum nec ullo modo pronuntiaſſet?

Si ergò ſchedula conſideretur, prout emanavit à Dominis Aſſeſſoribus, non fuit inſinuata per ipſos, aut ex illorum juſſione; ſive conſideretur cum relatione ad Rectorale Officium Univerſitatis, hoc nullatenus intervênit; ſive denique conſideretur prout inſinuatio per Procuratoris *Quirini* ſatellitium, mediante Bruxellenſi Apparitore Civili inſinuata fuit, defuit authoritas, quæ ad Sententiæ valorem requiritur.

CAPUT QUINTUM.

Detegitur tertius Error ſchedulæ, quam Adverſarii Sententiam vocant, circa adulterinam ſchedulam, quâ mediante, Petrus Nicolaus Tourteau. Die 16. Februarii 1707. intercepit Litteras Henrici Graſper.

ERratum tertium, concernit falſatam ſchedulam, per quam *Petrus* adulteſarâ Patris *Deſirant* manu intercepit primum faſciculum litterarum *Henrici Graſper*. De hac ſchedula Petrus in judicio fecit confeſſionem, per

Digitized by Google

Adverſarios in ejus *Deductione loco Motivi* typis donatam art. 18. *Aperuit cooperculs, & tulit ad prædictum Eximium Patrem Deſirant, confecto priùs recepiſſe nomine prædicti Eximii Patris pro uno faſciculo, quem clàm ſurripere non potuerat.* Hæc Confeſſio clara, & ſatis diſtincta.

Oſtenſum eſt in Apologia Capite 16. quod hæc ſchedula prolata fuerit in judicium, & conſequenter facta pars Actorum. Oſtenſum eſt etiam quòd omnes judicaverint *Patrem Deſirant* nihil prorsùs de adulterata illa ſchedula ſciviſſe. Oſtenſum eſt præterea, quòd adulteratio ita facta fuerit per *Petrum*, ut nec *Petrus* in ſua deductione, nec in aliis ſuis variantibus depoſitionibus auſus fuerit ullum ejus concurſum *Patri Deſirant* imponere, nec Adverſarii in ſua Concluſione finali hoc vel ſuſpicari.

Percurramus autem nunc illam ſchedulam, quam Adverſarii Sententiam nuncupant; ſingulamque illius partem perſcrutemur.

Imprimis, in parte narrativa, quæ incipit à principio uſque ad art. 26. nihil prorsùs de illa refertur.

Articulo quidem ſeptimo dicitur, *viſis ulteriùs tribus epiſtolis ſignatis Henricus Graſper, etiam illic incluſis cum diverſis aliis.*

De iſta ſchedula Nihil.

In parte diſpoſitiva quæ incipit ab articulo 28. Nihil pariter de iſta ſchedula habetur.

Solæ Litteræ de 10. & 13. Januarii, & 10. Februarii 1707. ſimul cum Formulariis & Reſolutionibus tamquam per *Petrum* confecta, declarantur ficta, falſa, ſcandaloſa & ſeditioſa, jubenturque articulo 19. comburi.

Schedula, quæ ſola omnium judicio, atque conſenſu ficta, falſa, ſcandaloſa, & ſeditioſa dici poterat, omittitur, nec comburi jubetur.

Ad Te (O Deriſa Veritas!) mea nunc ſe convertit oratio. Infauſtus *Petrus* die 5. Martii in judicium, cui Tu præſidebas vocatus, per adoratum Numen tuum juraverat ſe epiſtolam de 10. Januarii ſub Doctoris *van Eſpen* dictamine ſcripſiſſe, & vidiſſe ſignantem, neque hoc ſuum ſacramentum umquam Sacramento contrario, ſed ſolâ, per violentias & promiſſiones extortâ narratiunculâ, quatuor variationibus deturpatâ, revocaverat. Divini nominis tui invocatio per dictum Doctorem bis in eodem judicio, contra propriæ doctrinæ dictamen facta, & per infelicem Actam ejus de 19. Aprilis 1707. fœdata acceſſerat, & talis epiſtola (nimirùm de 10. Januarii 1707.) derepentè declaratur ficta, utinam non in contemptum tui, quæ lux es illuminans omnem hominem! Adulteratio autem contra Te, in facinoroſa ſchedula, omnium conſenſu perpetrata negligitur, & inulta dimittitur: quaſi, quia contra Romano-Catholicum Sacerdotem fabricata fuerit, non etiam æternitatem tuam offenderit. Alma veritas, judica cauſam tuam, & indignationem tuam oſtenta. Confuſio ſalutaris ſubeat illorum faciem, qui tam præpoſterè contemnunt Te, & ſuperbia quæ aſcendit ſemper, dexteræ tuæ potentiâ reducatur. Poſtulat hoc Sacerdos Chriſti tui, tum pro reverentia tua, tum pro innocentia ſua.

Puduiſſet ſcilicet ſchedulæ divulgatores, quod in parte narrativa lectum fuiſſet, *viſâ ſchedulâ ſignatâ Bernardus Deſirant, quâ mediante Petrus Ni-*

Digitized by Google

colaus Tourteau primum litterarum Henrici Graſper faſciculum intercepit ; & poſteà legeretur in parte diſpoſitiva ; *Declarant dictam ſchedulam ſignatam Bernardus Deſirant , quæ per Petrum confecta eſt , fictam eſſe , proindè ordinantes , ut eadem publicè per manus Tortoris comburatur* : & infrà , *habentes Patrem Deſirant pro ſuſpecto quòd concurrerit ad fabricationem adulterinæ ſchedulæ ſignatæ* BERNARDUS DESIRANT.

Quiſquis hæc legiſſet, ſtatim rei indignitatem obſervaſſet, & ex detecta una impoſtura , facilè penetraſſet reliquas , atque judicaſſet , tam derdiculam eſſe ſuſpicionem quòd Pater Deſirant concurriſſet ad fabricationem inſtrumentorum aliorum per Petrum confectorum, quàm inauditum quòd concurriſſet ad adulterationem manûs propriæ.

CAPUT SEXTUM.

Detegitur quartus Error ſchedulæ , quam Adverſarii Sententiam vocant , in ſuppreſſione Inſcriptionis Litterarum Henrici Graſper , *quæ tamen erat eadem cum inſcriptione Literarum anteriorum, in dicta ſchedula diligenter expreſſa* , ad D. Jacobum Crys.

EJuſdem farinæ eſt quartum Erratum, in eadem ſchedula , quam Adverſarii ſententiam vocant , admiſſum. Ubi enim articulo quinto agitur de binis faſciculis ſignatis Z.B.V.E. ſub die 13. Januarii, & 10. Februarii, ad longum exprimitur Inſcriptio , *Jacobo Ignatio Crys Amſtelodami*. Ubi verò articulo ſeptimo agitur de tribus litteris ſignatis *Henricus Graſper* , die 16. 20. & 23. ejuſdem Februarii datis, inſcriptio ſatis ſtudiosè omittitur , cùm tamen ſit ad eundem *Jacobum Crys Amſtelodami*.

Si nempè Lector vidiſſet , utramque Litterarum Inſcriptionem eandem eſſe ad eundem, non potuiſſet credere , priores eſſe fictas , ubi videret poſteriores declarari veras, præſertim quando intellexiſſet,quòd ambæ tractarent de iiſdem materiis, prout in Concordantia oſtenſum eſt.

Nolumus nimiùm criticare expreſſionem præfati articuli ſeptimi , quâ tres Litteræ, quibus aliæ incluſæ dicuntur, recenſentur tamquam ſignatæ *Henricus Graſper* , ubi tamen certum eſt quòd duorum priorum faſciculorum Litteræ, quamvis *Henrici Graſper* manu-ſcriptæ fuerint, attamen ſint anonymæ, neque ſcriptoris nomen detectum fuerit , niſi ex ſubſignatione quarundem epiſtolarum indifferentium in eodem faſciculo repertarum, quæ ſolæ ſignatæ fuerunt.

Sed omittere non debemus , quòd ubi præfato articulo quinto non modò ſubſcriptio, ſed etiam Inſcriptio exprimitur, ſimilis Inſcriptio articulo ſeptimo ſupprimatur. Oportuit ſcilicet notabilem hanc circumſtantiam defigurare, nè Lector neſcio quid de hac conditione anonyma cogitaret.

Hîc ſufficit oſtendiſſe , eam videri in ſupprimenda inſcriptione Litterarum Henrici Graſper affectationem , ut moderatis atque prudentibus Aſſeſſoribus tribui non poſſit.

Digitized by Google

CAPUT SEPTIMUM.

Detegitur quintus Error ſchedulæ quam Adverſarii Sententiam vocant, de Suppoſititiis Interrogatoriis ex parte Actoris, & reſponſionibus ex parte Patris Deſirant die 14. Martii factis, ſeu potiùs fictis, cùm conſtet ex Inventario Litis, prima Interrogatoria tantummodò incepiſſe à 30. Aprilis 1707.

DIſſimulare non poſſumus Erratum gravius art. 13. perpetratum, ubi dicitur, *viſis Interrogatoriis incboatis* 14. *Martii* 1707. & *Reſponſione Citati deſuper ſecutâ.*

Eſt contradictio manifeſta. Nam ſchedula articulo duodecimo fatetur, quòd Actoris libellus ſupplex, per quem Actio inſtituta fuit, tantummodò oblatus extiterit die 28. Aprilis, & quod Apoſtillâ quâ citatio perſonalis decreta fuit, tantummodò illâ die 28. Aprilis emerſerit, id eſt, 45. diebus, poſt fictitia illa prima Interrogatoria, quæ nec die 14. Martii, nec ullâ die Patri Deſirant propoſita fuerunt.

Fuit quidem Pater Deſirant die 14. Martii 1707. vocatus ut teſtis, nullum verò Interrogatorium ipſi prælectum, aut propoſitum fuit. Sed cùm diceretur illi in voce quòd cuperent informari de Veritate Facti, dictavit, & ſignavit quamdam non Reſponſionem, ſed Declarationem, quæ nè quidem reperitur in Actis.

Ecce enim Litis Inventarium. *Inventarium Omnium Partium Litis in Cauſa principali Conſultiſſimi Domini van Cutſem Promotoris Univerſitatis Lovanienſis, nomine Officii Actoris, inquirentis, contra Eximium Patrem Deſirant Citatum. Acta Litis incipientia* 30. *Aprilis* 1707. *uſque ..... quotizata ſub Littera A. Libellus ſupplex Domini Promotoris Apoſtillatus* 28. *Aprilis* 1707. *ſub Littera B. Interrogatoria Officii cum Reſponſionibus Perſonalibus reſpectivè de* 30. *Aprilis*, 2. & 4. *Maii* 1707. *Rei adſcriptis Litterâ C.*

Eſt manifeſtum, quòd nulla hîc Interrogatoria, vel reſponſiones de die 14. Martii 1707. interceſſerint.

Inventarium tamen eſt legitimum, ab utraque Parte confectum, atque ſignatum. Verba ſunt in fine, *Ita inventariatum, & inventum per infraſcriptos Procuratores, in præſentia Ampliſſimi Domini Leunckens, & Amanuenſis Domini Secretarii reſpectivè* 6, & 7. *Decembris* 1707. *Signatum Ant. van Leeuvv & H. VV. Quirini Procurator Officii* 1707.

Ex quo ſequitur, quòd à tergo finxerint Interrogatoria, quaſi die 14. Martii propoſita, cum reſponſionibus numquam factis.

Juſte Deus, ſi ſic vivitur, Innocentia quæ Cœlis placet, eſt nimiùm in terris miſera atque deſolata, deſtituta præſidio, & inimicis non modò expoſita, ſed etiam tradita, ut ſub ordinis Juridici prætextu valeant, quòd aliàs non auderent. Tu ſolus mederi, tu ſolus Principes, ut modum ponant, vales diſponere.

Ego verò nec poſſum, nec debeo credere ejuſmodi artificia Dominis Aſſeſ-

Digitized by Google

ſoribus placuiſſe. Evicta ſuperiori capite 3. 4. & 5. ſchedulæ falſatio, illis inſciis facta, ſuſpecta facit omnia.

CAPUT OCTAVUM.

Detegitur ſextus Error ſchedulæ, quam Adverſarii Sententiam vocant, de Suppoſititia Replica, quæ Actoris nomine exhibita fuiſſet.

QUiſquis legit ſchedulæ articulum 17, ubi dicitur, *viſâ Replicâ Actoris*, exiſtimat cauſam fuiſſe inſtructam, ut debet; cenſetque quòd Actor, ad Patris *Deſirant* Reſponſionem Uberiorem ſic replicaverit, ut Pater *Deſirant* ſaltem ex hac parte habuerit notitiam aliquam circumſtantiarum, quæ ipſi objiciebantur. Sed nihil minus.

Omnes Adverſarii in eo ſtudioſiſſimè convenerunt, ut celarentur ipſi omnia. Denegatæ ſunt ipſi non modò Reſponſiones quas fecerat, ſed etiam interrogatoria ſuper quibus præfatis diebus 30. Aprilis & 2. & 4. Maii, per horas plus viginti quatuor fabricitans reſpondêre coactus fuerat. Denegatæ ſunt ipſi non modò Teſtium Depoſitiones, contra expreſſam diſpoſitionem Canonis *Qualiter & Quando*, ✠ de Accuſatoribus, ſed etiam Interrogatoria ſuper quibus Teſtes examinati fuerunt.

Quid? Quod capite præcedenti oſtenderimus quòd finxerint & intruſerint Interrogatoria & Reſponſiones de 14. Martii, quæ numquam fuerunt in rerum natura.

Nunc verò ut perſuadeant quòd Pater *Deſirant* ſaltem ex Actoris *Replica* potuiſſet cognoſcere, quænam illi circumſtantiæ objicerentur, fingunt extitiſſe litis partem, cui nomen, *Actoris Replica.*

Habemus Acta ad manus: *Die Veneris 27. Maii. Van Leeuvv petit & perſiſtit prout in termino ſuo noviſſimo petens inſtantiſſimè Actori injungi ut infra triduum* REPLICET *adversùs ſchedulam Reſponſionis ſub pœna confeſſi & ſecluſionis.*

Et iterùm: *die Veneris* 3. *Junii* 1707. " Van Leeuw acceptando lapſum „ultimi membri Decreti noviſſimi petit pœnis comminatis locum eſſe decla- „rari, & Acta in eum finem deferri, Off. &c. Præſente Quirini, qui pro Do- „mino Actore, viſo prolixo ſcripto Uberioris Reſponſi unà cum numeroſis „annexis pro parte dicti Rei exhibito apud Acta 24. Maii noviſſimi, ante om- „nia proteſtatur de Injuriis Domino Advocato Fiſcali in facto ſui Officii plu- „ribus locis dicti ſcripti illatis, petens ad illas in deciſione hujus cauſæ attendi „in ordine ad debitam reparationem. Deindè acceptat quòd dictus Reus ubi- „que admittere debuerit ipſum corpus delicti; quoad frivolas verò excuſa- „tiones, quibus dictus Reus rationem criminis à ſe amoliri nititur, dicit, „tam illas, quàm fundamenta, quibus nituntur, eſſe frivolas, parergas, & „Impertinentes, falſas, gratis aſſertas, variantes, contrarias Depoſitionibus „dicti Rei, atque Confeſſionibus ejuſdem, in Reſponſionibus ad Interroga- „toria, undè & nullatenùs admittendas, inſuper & prolixum contentum ejuſ- „dem ſcripti merè adornatum ad cauſam hanc extrahendam & caligine invol-

Digitized by Google

„vendam, quæ omnia latiùs deducentur inſtructivè, quapropter ad accelerandam cauſam, rejiciendo contentum dicti Reſponſi per frivolitatem, impertinentiam, & ſignanter per expreſſam denegationem, dictus Quirini perſiſtit, „ſimpliciter petens procedi ad recollectionem teſtium, aliaſque probationes „prout juris & ſtyli, inſuper, & ſine hujus præjudicio injungi dicto Reo, ut „ad triduum peremptoriè ſpecificet & diſtinctè deſignet facta quæ in ſuam juſtificationem allegare prætendit, unà & nomina teſtium quibus quodlibet „eorum verificare contendit, conformiter ad Inſtructiones criminales, ſub pœna juxta ſtylum, & praxim, & quòd interim atteſtationes proviſionales cum „dicto ſcripto exhibitæ rejiciantur, & nulla eorum ratio habeatur, juxtà dictas inſtructiones criminales, notanter de 9. Julii 1570. art. 51. & conſtantem praxim, deſuper Offic. &c. Van Leeuw petit præfati termini copiam ad „finem deſuper deliberandi. Eodem Magnificus D. tulit Decretum prout in „ſchedula. *Tenor Decreti*, Habeat van Leeuw petitam copiam, & deliberet „infrà triduum ſub pœna juris.

„Die Mercurii 8. Junii 1707. van Leeuw exhibet ſchedulam loco termini, „dicens, perſiſtens, ac petens prout in eadem, præſente Quirini, qui in caſum Novitatum petit copiam, perſiſtit ut ante.

„Eodem Magnificus D. tulit Decretum prout in ſchedula, *Tenor Decreti*, „Attentâ Partium hinc indè perſiſtentiâ, Actorem admittimus ad probandum, ſalvâ Citato probâ in contrarium, ſine cujus præjudicio PROCURATORI QUIRINI COPIAM CONCEDIMUS.

Ex adductis Actorum textibus conſtat, quòd Pater *Deſirant* per ſuum Procuratorem *Van Leeuw* inſtiterit, ut Actor replicaret.

Conſtat ſecundò, quòd pro parte Actoris non fuerit exhibitum niſi citatum Verbale.

Conſtat tertiò, quòd in dicto Verbali nuſquam directè vel indirectè dicatur, illud exhiberi loco *Replicæ*.

Conſtat quartò, quòd dictum Verbale non fuerit aliud quàm excitatio quinque novorum Incidentium, nimirùm de prætenſis injuriis inter ſcribendum illatis Domino *Henrico Malcorps*; Item quòd Pater *Deſirant* haberi deberet tamquàm qui admiſiſſet Corpus Delicti, item quòd deberent rejici atteſtationes quas ſcripturæ ſuæ, cui titulus, *Uberior Reſponſio*, annexuerat, item quòd Pater *Deſirant* nimis fusè ſcripſiſſet, quàm ut pleniùs reſponderi poſſet, denique quòd deberet exhibere, ſchedulam factorum, ſuper quibus teſtes, quos adduceret, examinandi forent.

Conſtat quintò, quòd Pater *Deſirant* ad hoc Verbale curaverit reſponderi per aliud Verbale cum ſcriptura *loco termini*, quam habemus ad manum. In hâc reſpondebatur ad quinque præfata Incidentia; primò quòd nulla *Henrico Malcorps* fuiſſet illata injuria, eò quòd tantummodò cæpiſſent allegari quædam propter quæ mereretur recuſari & ſuſpectari, & hoc mediante impediri nè ſub nomine Domini Promotoris tamquam Actoris ederet ſcripturas, & plurima faceret, quorum dictus Promotor erat ignarus. Secundò, quòd numquàm Pater *Deſirant* dixiſſet ſe admittere corpus delicti, ſed ſimpliciter, conſtare de corpore delicti, & quòd hoc non eſſet ſuum, at verò *Petri Ni-*

Digitized by Google

colai Tourteau , & *Henrici Malcorps* cum ſuis. Tertiò , quòd atteſtationes ſuo tempore curaret recolligi. Quartò , quòd ſcriptura eſſet brevis , attentâ multitudine fictitiorum gravaminum. Quintò , quòd non eſſet tempus illam factorum ſchedulam exhibendi , eò quòd in omnem eventum Actor deberet præcedere.

Conſtat ſextò , quòd D. *Guilielmus Leunckens* præfatâ die 18. Junii tulerit irregulare Decretum vi cujus Actorem admittebat ad probandum , & nihilominùs Partis Procuratori præfatæ ſcripturæ *loco termini petitam copiam concedimus* , inquit. Si habebatur pro *Duplica* ; non erat ergò communicanda, aut ſi non habebatur pro *Duplica* , non erat dandum Decretum, quo Actor antequam replicaſſet in forma, admittebatur ad probandum.

Ex his clarè ſequitur, quòd ex parte Actoris communicatum non fuerit, niſi illud *Verbale* de 3. Junii, in quo nullibi dicitur, quod illud ſuppleat vices *Replicæ* , ſed è contrà ex illius inſpectione liquet , illud non Replicam , ſed novam incidentalem inſtantiam fuiſſe.

At verò in ſchedula quam Adverſarii ſententiam vocant, invenimus hæc verba ; *De Replicq des Aenleggers , midtsgaeders de Verbaelen ende loco termini des Gedaegde* ; id eſt, *Viſâ Replicâ Actoris, & Citati Verbalibus, atque loco termini.*

Scripturæ Patris Deſirant non vocantur *Duplica* , ſed *Verbalia, & loco termini.*

At verò ſcriptura Actoris non appellatur *Verbale* , aut *loco termini* , aut *loco Replicæ* , ſed abſolutè *Replica.*

Quis hoc intelligat , niſi pars adverſa quæ in Inſtructione Cauſæ fecit quod lubuit , intruſerit quamdam *Replicam* , quæ Patri Deſirant numquam communicata fuit ? Aut certè ſchedula, quam Adverſarii ſententiam vocant, etiam in hoc per Adverſarios falſata fuit. Eligant quod voluerint : alterutrum eſt ipſorum, & utrumque ipſorum moribus conſonat.

CAPUT NONUM.

Detegitur ſeptimus Error ſchedulæ, quam Adverſarii ſententiam vocant , ubi Formularium de 10. *Januarii* 1707 *in parte narrativa appellatur contrarium* Statui & Religioni.

UNus error detectus , ad detegendos reliquos , viam ſternit , & animos addit.

Schedulæ articulo 2. dicit : *Viſâ epiſtolâ de* 10. *Januarii ejuſdem anni ſignatâ Z B V.E. cum Formulario contrario Statui & Religioni.*

Ex totius ſchedulæ tenore conſtat, quòd quidquid ibidem exprimitur à num. 1. uſque ad num. 24. contineat partem narrativam , ſine ulla deciſione , & quòd in illa parte narrativa , unicè relata , & referenda fuerint inſtrumenta, prout fuerant in judicio exhibita, & ſuper quibus in parte diſpoſitiva, ſive judiciali jus dicendum foret. Atqui nequidem in hac parte diſpoſitiva, ſive judiciali declaratum vel deciſum fuit, quòd Aſſertum Formularium Statui, & Re-

Digitized by Google

ligioni contrarium eſſet. Ergò multò minùs credibile eſt, quòd prudentes, & ſapientes Aſſeſſores hunc in parte narrativa errorem commiſiſſent. Quidquid enim de illorum in Doctorem van Eſpen cum ſuis affectu ſit, vel non ſit, non debemus tamen illis omnem peritiam denegare. Cùm ergò nec in citata epiſtola, nec in ipſo Formulario, nec in inſtrumentis in prima illa parte narrativa enumeratis directè vel indirectè aſſeratur, quòd dictum Formularium Statui & Religioni contrarium ſit, nullatenùs id in dicta parte narrativa potuit definiri. Sive enim fingamus omnia ficta eſſe, ſive dicamus eſſe non ficta, ſed vera, attamen cuncta prout illic ſcripta jacent, ſic ſunt concepta, ac ſi illorum authores cenſerent ſe nihil prorsùs contra Statum & Religionem moliri. Quin imò omnia ſic contexta ſunt ac ſi arbitrarentur, ſe non modò Statui, verùm etiam Religioni obſequium præſtare. Et quidem in Apologia abundè monſtratum eſt, nihil omninò illic contra Statum Civilem reperiri. Itaque verba illa, *contrario Statui & Religioni* redundare, & ſolis ſchedulæ divulgatoribus adſcribi poſſe exploratiſſimum eſt.

CAPUT DECIMUM.

Detegitur octavus Error ſchedulæ, quam Adverſarii ſententiam vocant, quaſi perſonæ ibidem nominatæ, fuiſſent paratæ ſignare Formularium de 10. Januarii 1707.

ERratum octavum eſt longè gravius. Nam eodem articulo ſecundo ſubditur, *& Catalogo perſonarum, quæ paratæ fuiſſent illud ſubſcribere.* Atqui hæc narratio caret veritate; quin imò oppoſitum eſt tam verum, ut non ſine graviſſimâ DD. Aſſeſſorum injuriâ ſuſtineri poſſet, quòd non clarè & diſtinctè vidiſſent, nullum in dicta Epiſtola, vel in ipſo catalogo argumentum fuiſſe, quòd dictæ perſonæ (nimirùm Bruxellenſes, quæ ſolæ in præfato Catalogo nominabantur) *paratæ fuiſſent ſubſcribere.* Legantur omnia vel obiter, id ſufficiet. Adverſarii cuncta impreſſerunt retrò Concluſionem Finalem, unà cum Libro Reſolutionum, in quo ex profeſſo agitur de modo quo Formularii ſubſcriptio exigenda, atque ſperanda foret. En verba Congregationis de 30. Decembris 1706. *Convenerunt amici*, & Doctor van Eſpen *prælegit amicis chartam ſeu Actam iſtam à ſe confectam, de qua in Congregatione de 15. Novembris præteriti, ut eam ſignârent. Et reſolutum eſt, eam priùs eſſe mittendam ad amicos Bruxellis, ut ipſi eam ſignent.* Et in Congregatione de 2. Januarii 1707. *Propoſuit primò Clariſſimus D. van Eſpen, utrùm ſint ſignaturi Actam iſtam de qua in Congregatione de 15. Novembris noviſſimi &c. Si fortè aliqui amici Bruxellis ſeu alibi* RECUSARENT SIGNARE, *quia ipſi hic priùs non ſignaverunt.* Ipſe ergò Doctor van Eſpen dubius erat an Amici Bruxellis & alibi, quorum erant in Catalogo expreſſa nomina, ſignaturi eſſent.

Si ergò amabatur veritas, debuiſſet ſic exprimi, *& viſo Catalogo perſonarum quas Doctor van Eſpen dicebatur ſollicitare ut ſignârent.* Vox *ſignabunt* ſpectabat ad Z.B.V.E. Hoc in illis circumſtantiis ſignificabat vox *ſignabunt*; nimiùm imperativè vel rogativè. Eſt notorium.

Digitized by Google

CAPUT UNDECIMUM.

Detegitur nonus Error ſchedulæ, quam Adverſarii ſententiam vocant, ubi copia appellatur Originale.

NOnum Erratum articulo quinto continetur, ubi *formularium* de Menſe Junii 1706. his verbis deſcribitur: *Cum alio formulario incluſo.*

Atqui non fuit illic aliud formularium incluſum; ſed tantummodò ſimplex copia non authentica alicujus Formularii, quod dicebatur ſignatum fuiſſe. Illud quidem quòd Epiſtolæ de 10. Januarii incluſum fuerat, poterat Formularium dici, prout num. 2. dictum fuit; nam ſive fictum, ſive factum eſſet, mittebatur tamen velut Originale. Vel ad diſtinctionem, hoc articulo quinto dici debuiſſet, *cum copia alterius Formularii, quod ſignatum ab aliquibus fuiſſet.* Quiſquis enim ſchedulam legit, putat duo Formularia exhibita fuiſſe tamquam Originalia, & adulteratos fuiſſe characteres ſubſignantium utrobique.

CAPUT DUODECIMUM.

Detegitur decimus Error ſchedulæ, quam Adverſarii ſententiam vocant, ubi in parte narrativa Formularium de Menſe Junii dicitur etiam contra Statum & Religionem.

DEcimum erratum eſt, quòd eodem numero quinto hoc alterum Formularium in parte narrativa dicatur, *etiam contrarium Statui, & Religioni.*

Atqui nullus de iis quæ ad Statum pertinent fit ſermo, prout legenti patet. Formularium de 10. Januarii 1707. ab Adverſariis dictum fuit contrarium Statui, propter hanc unicam rationem quia in illo agebatur de Regiorum ſubditorum recurſu ad protectionem Statuum Hollandiæ. Atqui in altero iſto Formulario de Menſe Junio 1706. nulla prorsùs de ſimili recurſu fit mentio. Nihil niſi de Bullis Pontificiis, de Miniſtro Apoſtolico, & de Propoſitionibus Janſenii dicitur, idque eodem modo quo plures libelli toto Belgio ſine correctione ſparſi enuntiant. Et quod eſt amplius, libelli iſti ampliſſimè leguntur, atque laudantur à viris quos in præſenti potiſſimùm capite nominare verecundia prohibet. Dicatur ergò & practicè tradatur, quòd hoc Formulare & libelli ſimiles Religioni contrarii ſint, non Statui. Sed nempè Adverſarii putaverunt hoc artificio præſentem cauſam exhibere, quaſi in materia Statûs verſaretur. Cùm autem ex ipſiuſmet ſchedulæ contextu liqueat nihil de hoc in partem diſpoſitivam irrepſiſſe; reputari quoque debet, ab eruditis pectoribus alienum eſſe, quòd ſimilis Definitio parti narrativæ inſerta fuiſſet?

Et interim iidem Adverſarii quorum operâ bina iſta Formularia ſunt deſcripta tamquam Statui & Religioni contraria, non tantùm eodem tempore, ſed etiam poſteà, id eſt anno 1708, omnia quæ in utroque Formulario continentur, imò etiam longè pejora in plurimis libellis docuerunt &

Digitized by Google

docent, practicaverunt & practicant, prout fuſiùs deductum eſt *in Conſolatorio pro Romano Catholicis per unitas Provincias diſperſis.*

Nec refert illic præcipuè de Schiſmaticis in Hollandia lapſis ſermonem inſtitui, horum enim lapſorum complices, in eodem apud Superos reatu poſitos, adhuc longè graviora peragere conſtat ex libris quibus titulus, *Du refus de ſigner le Formulaire*, authore Paſchaſio Grammatico; Item *Tractatus Hiſtorico-Canonicus de Cenſuris Eccleſiaſticis*, authore Z.B.V.E. nec non, *Aſſertio Opuſculi quod inſcribitur: de quæſtione facti Janſeniani variæ quæſtiones Juris & reſponſa*, Authore quodam Sophiſtâ.

Ubi nunc cauſa Religionis & Statûs.?

CAPUT DECIMUM-TERTIUM.

Detegitur undecimus Error ſchedulæ, quam Adverſarii Sententiam vocant, quod exhibitum fuiſſet aliquod Formularium de Menſe Junio 1706. in quo dicerentur varii ſignaſſe.

UNdecimum Erratum ſitum eſt ibidem in verbis ſubſequentibus: *Quòd variæ præclaræ perſonæ ſuis reſpectivè nominibus expreſſæ jam tum ſignaſſent in Menſe Junio* 1706.

Neque hoc verum eſt. An etenim ſignaſſent, ex illa copia deduci non potuit. Sed voluerunt nempè evulgatores, iſtarum perſonarum indignationem excitare, ut communi impetu ferrentur in *Patrem Deſirant* tamquam ſuſpectum quòd ad illius Formularii & ſubſcriptionum ejus fabricationem concurriſſet. Unicum illis ſtudium fuit, ut *Doctorem van Eſpen* per novas & novas fictiones diluerent. Si expreſſiſſent veritatem, totum odium hæſiſſet ſaltem in ſuſpenſo, quando, prout ſcribendum fuerat, lectum fuiſſet, *viſâ copiâ alterius Formularii incluſi litteris de* 13. *Januarii ſignatis Z.B.V.E. in quibus litteris dicebatur, quòd variæ perſonæ illud jam tunc ſignaſſent.* Lectores hâc veritate inſpectâ hæſiſſent ſaltem in dubio, cuinam impoſtura tribuenda foret, an *Doctori van Eſpen*, qui epiſtolam verè ſcripſiſſet, an alicui alteri, qui fabricaſſet.

CAPUT DECIMUM-QUARTUM.

Detegitur duodecimus Error ſchedulæ, quam Adverſarii Sententiam vocant, circa expreſſionem nominis illius qui Bruxellis Actorem egit.

DUodecimum Erratum eſt intollerabile, quia ſine ulla prorsùs utilitate abſcondere nititur veritatem indubitatam, plenioris hujus cauſæ notitiæ pernecceſſariam. *Interveniente Officio Fiſcali præfati Brabantiæ Concilii*, inquiunt ſchedulæ publicatores, art. 26.

Stratagema in hoc ſitum eſt, quòd poſtquam pendente lite, ubique uſque ad tædia gloriati fuiſſent, ſeſe de Ampliſſimi D. Advocati Fiſcalis *Charliers* in hac cauſa officiis ſecuros eſſe, utpotè quem prædicabant cogna-

Digitized by Google

to ſuo germino Licentiato *Guilielmo vanden Neſſe* Eccleſiæ D. Catharinæ Bruxellis Deſervarori notiſſimo, tum in moribus tum in Doctrina tam conjunctum, ut in dubio ponerent, uter alteri influxum daret; jam videantur iſta poſt factum velle abſcondere, & non perſonam, ſed innominatum officium in ſcenam dare.

Neſcio quid ſe obſequii putent præfato Ampliſſimo Domino Charliers per hoc præſtare Quin imò ingratitudinis potiùs vitio notandos cenſeo. Nec enim præfatus Dominus negat, vel indignum putat ſe feciſſe quod fecit. Quænam igitur in hâc tergiverſatione, ſive cavillatione utilitas? Videntur erubeſcere ſine cauſa.

Legant ergò Decretum Concilii Status de 5. Octobris 1707. illic invenient ſancitum fuiſſe interventionem non *Officii Fiſcalis*, quod in perſonis conſiſtit diverſis, ſed expreſsè *Advocati Fiſcalis*. Omnibus notum eſt, quòd ubi deſignatur aliquis in individuo, tunc requiratur *induſtria perſonæ.* Jam verò quòd omnia elementa moverint, ut hujus determinatæ perſonæ induſtriam huic operi impenſam haberent, toties, & tam clamosè inſinuârunt, atque jactârunt, ut illud taceri non debeat.

CAPUT DECIMUM-QUINTUM.

Detegitur decimus-tertius Error ſchedulæ quam Adverſarii Sententiam vocant, de intruſione particularum, tamquàm prætensè verarum epiſtolarum, *Et infrà*, eaſdemque tamquàm verum opus .... etiam malâ fide miſerit ad Altiores Poteſtates.

REgula certa eſt in omnibus mundi Tribunalibus cuſtodita, ut nemo per ſententiam criminalem condemnetur, niſi de gravamine quod fuerit ei in lite objectum, & ſuper quo auditus fuerit: hoc eſt, ut in ſententia condemnatoria non exprimatur ullum gravamen niſi quod in Actoris libello gravaminum fuerit objectum atque expreſſum, & quod plus eſt, niſi in ſententia condemnatoria gravamen exprimatur iiſdem verbis, quibus in libello gravaminum fuerit objectum. Cùm enim Reus ſe defendendo non teneatur plura refellere, quàm quæ objecta fuerint, nec debeat aliter refutare, quàm ſicut objecta fuerunt, hinc ſententia de objecto gravamine, & non de alio ferri legitimè poteſt.

Atqui ex inſtrumentis per ipſoſmet Adverſarios adductis, necnon tam in ipſorum Concluſione Finali, quàm qui retrò adjectæ ſunt, impreſſis, pleniſſimè conſtat, quòd numquàm Patri Deſirant objectum fuerit, eum aſſertas copias ad Altiores illas Poteſtates miſiſſe, TAMQUAM VERARUM LITTERARUM, ſive TAMQUAM VERUM OPUS.

Singula gravamina, quæ ſola, Patri Deſirant communicata fuerunt, percurrantur; nihil tale invenietur.

De Copiarum tranſmiſſione ad Altiores Poteſtates factâ, nullibi ſermo fit, niſi articulo 20, cujus hæc ſunt verba: *Quòd omnia, id eſt, librum Reſolutionum, Epiſtolas, ſeu eorum copias, clanculariè tranſmiſerit ad Altiores Po-*

Digitized by Google

teſtates, & nominatim ad Illuſtriſſimos Dominos Internuntium, & Archiepiſcopum Mechlinienſem, eoſque circumvenerit.

Ad hunc articulum Pater Deſirant in judicio perſonaliter reſpondit, *ſemper egit bonâ fide.*

Nulla prorsùs hîc mentio, de tranſmiſſione copiarum *tamquàm verarum*, five *tamquàm verum opus.*

Ad circumventionem quod attinet, de qua ibidem, quidnam objectatores vellent per verba, *eoſque circumvenerit*; ſciri vel intelligi non potuit. An circumveniſſet 1. malè accuſando, ubi res dicebatur clancularia, an 2. malè denuntiando, an 3. excitando, ut alicubi pœnas darent, an 4. unam copiam mittendo pro alia, an 5. copias adulterando, an 6. mittendo tamquàm Originalia (loquuntur enim disjunctivè, *quòd omnia, id eſt, librum Reſolutionum, Epiſtolas, ſeu eorum copias clanculariè tranſmiſerit*) an denique 7. circumveniſſet, imponendo quòd res ad notitiam ſuam perveniſſet viâ denuntiationis, tamquàm ex directione Confeſſarii? Hi erant ſeptem diſtincti modi, quibus circumveniri potuiſſet.

Sciebat Pater *Deſirant*, qualiter miſiſſet eas, & tamquàm quales, nimirùm ſemper clarè & diſtinctè exprimendo, quòd aliquis eas denuntiaſſet, & addendo argumenta pro & contra, nitidiſque terminis enuntiando, quòd pro examinanda veritate impenderentur diligentiæ ſecretæ.

Quòd vis poneretur in tranſmiſſione TAMQUAM VERARUM, ſivè TAMQUAM VERUM OPUS, nè per imaginationem quidem potuerat apprehendere. Hîc enim circumveniendi modus fuiſſet octavus, de cujus objectione cogitari non potuit.

Si hujus Fraudis ſuſpicio vel tenuiſſima ſubiiſſet, non deſiiſſet inſtare, ut judices ante omnia ſaltem ex officio dignati fuiſſent præfatos Illuſtriſſimos Dominos Internuntium Apoſtolicum, & Mechlinienſem Archiepiſcopum deſuper audire, atque interrogare an dictæ copiæ ad illos per Patrem Deſirant, TAMQUAM VERARUM LITTERARUM, ſive TAMQUAM VERUM OPUS tranſmiſſæ fuiſſent.

Quin imò, etiamſi hæ clauſulæ TAMQUAM VERARUM & TAMQUAM VERUM OPUS libello gravaminum inſertæ, atque expreſſæ fuiſſent, omnis tamen honeſta ratio erat, dictas Poteſtates priuſquam nominarentur, conſulere: quia hæ ſolæ, qualiter hæc miſſio facta fuiſſet, ſciebant, & ſolæ ſcire poterant.

Nullum autem ipſorum deſuper, vel auditum, vel interrogatum fuiſſe, licèt *Dominum Guilielmum Leunckens* tempore Relationis ſæpiùs apud Illuſtriſſimum D. Internuntium hiſce oculis noſtris viderimus, tam eſt certum, quàm mirandum.

Mirandum, inquam; cùm hoc non obſtante, dictarum Altiorum Poteſtatum nomina non ſolùm in libellò gravaminum, verùm etiam in ſchedula, quàm Adverſarii ſententiam vocant, conſpiciantur.

Erravi, non recordabar enim quòd in Concluſione Finali de præfatis duabus Altioribus Poteſtatibus alio tono loquantur. En verba articuli 838. *Porrò finis naturalis hujus operis, id eſt, uſus illorum fictorum inſtrumentorum, copias authenticas illorum mittendo* AD ALTIORES POTESTATES, *præſertim*

CONTRA PRÆTENSOS CONSPIRATORES, ET JANSENISTAS NOTORIE PRÆVENTAS; *eſt admodùm horrendus & atrox.*

Et articulo 841. *Quis ſcit, an famoſa Decreta, vulgò Lettres de cachet: contra ſæpè nominatum D. Paſtorem, Doctorem Hennebel, Licentiatum Opſtraet, alioſque* SIMILIBUS SCELESTIS ET CLANCULARIIS MACHINATIONIBUS, AB ALTIORIBUS POTESTATIBUS *tunc non ſint impetratæ?*

In verbis citatis recluditur vera intentio, ex qua præfatas *Altiores Poteſtates* nominare auſi fuerunt, nimirùm tamquàm *contra prætenſos Conſpiratores, & Janſeniſtas notoriè præventas*, à quibus famoſa Decreta, vulgò *Lettres de Cachet*, *ſimilibus ſceleſtis & clanculariis machinationibus impetratæ* fuiſſent. Hæc, ſi poſſint, combinentur.

Pater *Deſirant* accuſatur quòd illas Poteſtates circumveniſſet, & nihilominùs eædem Poteſtates proſcinduntur tamquàm ſic præventæ, ut aliàs ſimilibus ſceleſtis & clanculariis machinationibus uſæ fuiſſent.

Cum hac contradictione clàm & à tergo formaverunt Sophiſma: *qui falſo inſtrumento utitur tamquàm vero, is puniendus eſt, tamquàm falſarius. Atqui Pater Deſirant uſus eſt falſis inſtrumentis, tamquàm veris: ergò.*

Si Sophiſma hoc Patri Deſirant propoſitum fuiſſet, reſpondiſſet, prout nunc reſpondet: cum diſtinctione: qui falſo inſtrumento utitur, *& ſcit illud falſum eſſe*, illoque utitur *cum affirmatione quòd verum ſit*, is puniendus tamquàm falſarius, concedo: qui verò falſo inſtrumento utitur, & vel neſcit illud falſum eſſe, vel non *affirmat illud verum eſſe*, ſed ſimpliciter ſuperioribus tamquàm ad ſe delatum exhibet, bonâ fide referens argumenta quæ pro & contra inſtrumenti veritatem vel falſitatem occurrunt, is puniendus eſt tamquàm falſarius, nego. Talis èconträ tum laude, tum præmio dignus eſt, quia boni publici ſatagens adhibuit diligentiam, nè Impoſtor evaderet, ſi inſtrumentum falſum fuiſſet, vel nè Conſpiratores nocerent, ſi fuiſſet verum.

Duo igitur Adverſariis incumbebant, & probare quòd P. Deſirant inſtrumenti falſitatem noviſſet, & oſtendere quòd illud tamquàm verum exhibuiſſet; & hæc duo debuiſſent probare conjunctim. Neutrum verò potuerunt, nec poterunt in æternum.

Pro primæ partis probatione non adduxerunt niſi futilem ſuſpicionem, cujus imbecillitatem totâ Apologiâ dejecimus. Tantùm enim abeſt, ut P. Deſirant fictionem ſciverit, ut èconträ uſque in præſentem diem ignoret eam, relinquatque cuivis æqui Lectoris judicio, an non potiùs judicanda ſit res veriſſima.

Pro ſecundæ Partis probatione verba & voces adduxerunt, & licèt Pater Deſirant neſciverit ficta eſſe, nè hoc tamen potuerunt conficere ut ullo modo conſtaret, quòd illa tamquàm vera ſecretò, ut dictum eſt, ad Superiores tranſmiſerit.

Non me terrent voces illæ, *habentes ipſum inſuper pro convicto*; Cùm & S. Athanaſius in ſententia ſuprà cap. 2. relatâ, ſimiliter dictus fuerit *convictus*, ubi tamen totus Orbis Chriſtianus noverat, quòd nec citatus fuiſſet, nec auditus. Et ideò, prout obſervat Chriſtianus Lupus capite primo diſſert. de Synodo Sardicenſi pag. 185. ATHANASIUS *rediit, Tyriâ ſente[illegible]â, in qua*

nihil Canonis, aut Synodalis juſtitiæ cuſtoditum: non reſciſſâ per aliam Synodum, ſed contemptâ. Ita enim tractandas hujuſmodi contumelias, & convicia potiùs, quàm ſententias, dixit in Synodo Epheſina Acacius Epiſcopus Melitinenſis Act. 4.

Quòd P. Deſirant ſuper iſta copiarum circumſtantia, TAMQUAM VERARUM, & item TAMQUAM VERUM OPUS, non fuerit auditus, oſtenſum eſt ſatis; additumque, quòd tam Adverſarii, quàm cauſæ inſtructores potuiſſent, atque debuiſſent contrarium intelligere, ſi prout debebant, Altiores illas Poteſtates, quæ ſolæ ſcire poterant qualiter hæc tranſmiſſio facta fuerat, conſuluiſſent.

Sed nempè de conſulendis iſtis Poteſtatibus numquam cogitârunt, quia ficta erat ſollicitudo, quàm præ ſe tuliſſe videbantur de illarum circumventione. Citati Articuli 838, & 841. produnt cogitationes funeſtas, quibus ſe dictas Poteſtates tamquàm iniquè *præventas*, & *de ſceleſtis ac clanculariis machinationibus* ſuſpectas habere nequiter enuntiant.

CAPUT DECIMUM-SEXTUM.

Detegitur decimus-quartus Error ſchedulæ, quam Adverſarii Sententiam vocant, in omiſſione circumſtantiarum debitarum.

TAmetſi tota cauſa à principio uſque ad finem juxta morem Academicum ſermone latino inſtructa fuiſſet, attamen loco ſententiæ, ſchedula prodiit idiomate vernaculo contexta, ſed ſtylo tam miſerabili, ut frequentes Solœciſmi, Cacophoniæ & Barbariſmi, eruditis pectoribus faſtidia moveant, non Dominis Aſſeſſoribus, ſed ſchedulæ divulgatoribus adſtribi digna.

Notabilia ſunt errata articulo 41, *& pro convicto quòd eoſdem tres faſciculos quâlibet vice per nuntionatum Tourteau ex domo Curſoria allatos* (addi debuiſſet, tamquàm ex ordinatione Rectoris Univerſitatis) *etiam tamquàm tales volenter & ſcienter acceptaverit* (addi debuiſſet, ut ſatisfaceret voluntati Rectoris, ſibi taliter coram uno teſte ſignificatæ) *apud ſe tenuerit* (addi debuiſſet, ut Rectori oſtenderet, & deſuper cum illo ageret) *& uſus fuerit*; addi debuiſſet, oſtendendo omnia & explicando præfato Rectori, qui pluries vocatus fuerat, & ad hæc tandem expreſsè die 23, & 25. Februarii venerat.

Quæ ſi fuiſſent addita, prout per teſtimonium Patris *Franciſci d'Herbe* fuerunt probata; atque ſi conſtitiſſet, quidnam *D. Guilielmus Leuckens* depoſuiſſet, eadem per alios inſuper teſtes probata fuiſſent, atque tunc verba ſequentia, *in evidens periculum perditionis*, per ſe cum reliquis corruiſſent.

Tot tantaque incommoda, tot, inquam, & tanta mala ex non communicatione teſtimoniorum utrimque Depoſitorum. Jus Canonicum ſalubriùs providit, & innocentiæ proſpexit Cap. *Qualiter & Quando* ꝑ. De accuſationibus.

Id i[illegible] a hactenùs Univerſitas Lovanienſis in praxi retinuerat, uſque

Digitized by Google

ad præſentem cauſam excluſivè. Sereniſſimi Archiduces Albertus & Iſabella in ſuo Edicto de anno 1611, art. 10. expreſsè hoc requiſiverant. Inſtantibus quibuſdam Fiſcalibus, rem in iis locis, ubi uſus aliter obtinuerat, ad priſtinam conſuetudinem reduxerunt, quam doctus Anſelmus ſic interpretatur, ut communicentur dicta teſtium à ſuis reſpectivè nominibus avulſa, prout etiam Doctor van Eſpen cum Anſelmo ſuſtinet in Curiis Civilibus practicandum eſſe. Sed nihil in hac cauſa potuit obtineri, non dicta teſtium, non etiam articuli ſuper quibus teſtes examinati fuerant, ut ſaltem accuſatus potuiſſet oſtendere ſuum *alibi*, ut vocant. Et nè ipſi quidem articuli ſuper quibus die 30. Aprilis, die 2. & 4. Maii auditus fuerat Pater Deſirant, valuit obtinere, cùm tamen citentur in ſchedula, quam ſententiam vocant.

In ſimili caſu debet omnis innocens ſuccumbere, ſoluſque nocens valeret emergere.

Ubi namque gravamina, Nocenti quoquo modo proponuntur, is poteſt ſtatim ſcire quid Judex velit, & quonam Actor properet, atque non modò reſponſiones, ſed etiam contrariorum teſtimoniorum productiones ſic temperare, ut permagnam Actionis vim elidat.

Innocens verò audiens gravamina generica, vaga & æquivoca, hærebit in incerto, & coactus reſpondere, genericis generica reponet, ignaruſque quid Actor intendat, difficillimè vel numquam teſtimoniis atque ulterioribus reſponſionibus ſuis effecturus eſt, ut calumniis penitùs occurratur.

Et interim ſuper ſuſpicione judicatum fuit, & innocua facta, invidioſè deſcripta, ſuſpicione conſpurcata fuerunt, ſed cum ſumma contradictione: non enim poteſt ſuſpicio quòd aliquis ad fictionem concurriſſet, inficere factum innocens, & concludere, aliquem re ficta uſum fuiſſe ut verâ: Inanis quippè ſuſpicio nequit hoc efficere, ut talis cenſendus ſit fictionem ſciviſſe.

Mirùm quòd nihil de Adverſariorum clamoribus circa prætenſas Patris Deſirant Confeſſiones prætensè in judicio datas in ſchedulam irrepſerit. Nuſquam enim ibidem aliquid confeſſus dicitur. Et ut diceretur, attamen reſponſiones ſunt jam affatim explicatæ & perpurgatæ, ubi oſtenſum fuit, quòd licèt ſimpliciter reſpondere debuiſſet per verbum *negat*, caſu quo gravamina ipſi per propoſitiones ſimplices ſeu cathegoricas objecta fuiſſent, attamen ad objectiones Univerſales malè propoſitas, nonniſi univerſaliter reſponderi potuerit, & in omnem eventum, quidquid de fictionibus, & malâ fide impoſitum fuerat, ſatis clarè negatum extiterit per verba ſequentia, ad libelli gravaminum art. 3. *Negat*, ad art. 7. *Negat pro utraque parte.* Ad art. 10. *Negat quod curaverat confingi, aut copiis uſus fuerit in malum finem.* Ad art. 16. *Negat.* Ad art. 18. *Negat.* Et ad art. 22. *Negat de falſitatibus, & in omnibus egit bonâ fide.*

CAPUT DECIMUM-SEPTIMUM.

Detegitur decimus-quintus Error ſchedulæ, quam Adverſarii ſententiam vocant, de nullitate Pænarum in eadem ſchedula contentarum.

POenarum, quæ Patri Deſirant tum anno 1701. tum in præſenti ſchedula inflictæ fuerunt, identitas, Lectoris attentionem meretur. Utrobique beneficiorum, tam Regiorum, ſive Civilium, quàm Pontificiorum ſeu Eccleſiaſticorum privatio, cum exilio decreta fuit. Non tamen objectorum gravaminum identitas fuit, non æqualitas.

Antiquiſſimum ferunt Athenienſibus Legiſlatorem, nomine *Draconem* fuiſſe, qui cunctis delictis, eandem pœnam infligendam præſcripſerat, ita ut tam qui deſidiæ damnati eſſent, aut qui olera ſurripuiſſent, quàm qui homicidia perpetraſſent capite plecterentur. Ob quam cauſam *Demades* dicere ſolebat, *Draconem* non atramento, ſed ſanguine leges ſcripſiſſe. Melior *Solon* hanc pœnarum æqualitatem ſuſtulit, certamque cum delictis proportionem conſtituit.

Leidenſe Decretum de 7. Febr. 1707. quòd incipit *maer ſonderling*, videtur à Dracone compoſitum eſſe. Idem eſt de Decreto alio, *Datmen voortgaet tegen Pater Deſirant*, id eſt, *procedatur contra Patrem Deſirant.* Coaxatio hæc non fuit pronuntiata hiſce terminis, *datmen voortgaet in de ſaecke van Pater Deſirant*; id eſt, *procedatur in cauſa Patris Deſirant*; ſed decretoriè, *datmen voortgaet tegen Pater Deſirant*; id eſt, *procedatur contra Patrem Deſirant.* Et eventus conſonat. Diverſa gravamina: eadem pœna. Sed nempè idem finis extiterat, eadem intentio, omnia hoc ſenſu una. Utrobique eadem querela eodem, & non alio remedio ſatianda: *Quoniam inutilis eſt nobis, & contrarius eſt operibus noſtris, & improperat nobis peccata Legis, & diffamat in Nos peccata diſciplinæ noſtræ.* Sap. 2. v. 12.

An autem Aſſeſſores Civiles valuerint inconſulto Romanorum Pontifice, *Patri Deſirant* Eccleſiaſticum in ſtricto Sacræ Facultatis Theologicæ Collegio beneficium auferre; & utrùm Aſſeſſores Eccleſiaſtici illud ipſum potuerint reſpectu Hiſtoriographiæ Regiæ, & Lectionis Hiſtoricæ; necnon Libertatis Patriæ, denique an cùm talia taliter judicaverint conjunctim, quidquam peregerint validè? Si Judices laici judicaſſent ſeparatim, & pœnam civilem inflexiſſent, & Eccleſiaſtici Eccleſiaſticam, eſſet alia quæſtio. Jam verò conſtat, totum fuiſſe peractum conjunctim. Is prorſus nihil agit, qui quod vult non poteſt, & quod poteſt non vult.

Quando Deſervitor S. Catharinæ Bruxellis juſſu Regio in exilium actus fuit, omnes ſuſtinuerunt non fuiſſe ipſi per hoc ademptum Beneficium Eccleſiaſticum. Quin imò Regii Adminiſtri patienter tulerunt, quòd ipſis declaratum fuerit, quòd laïca poteſtas non habuerit vel habeat poteſtatem Clerico beneficium auferendi. Res eſt in ſacris Canonibus fundatiſſima juxta omnes authores. Idem ſervatum fuit in quodam *Erneſto.*

Nunc autem ubi de affligendo Sacerdote Romano-Catholico agitur, im-

Digitized by Google

primitur ſchedula quæ jubetur appellari ſententia, in qua aſſeritur, quòd laïci Judices Patrem Deſirant privaverint *beneficiis*.

Atqui hoc non fuit, neque quamdiu Patria, Deo donante, futura eſt Catholica, erit in Laïcorum poteſtate Clericum beneficiis privare.

Nullitatem ergò hîc admittant manifeſtam, & notoriam, fundatam in defectu poteſtatis, neceſſe eſt.

Collegium enim ſtrictæ Facultatis Theologicæ ſacrum eſſe, ipſum nomen, quo ubique terrarum gaudet, atteſtatur. Vocatur ab omnibus *Facultas ſacra*. Fundatio non tantùm Regia eſt, verùm etiam Apoſtolica. Totus illorum ordo ſacer eſt, & Eccleſiaſticus. Non poſſunt illic laïci extendere legitimas manus.

E converſo non poſſunt Judices Eccleſiaſtici alicui adimere officium à Rege obtentum. Illius eſt adimere cujus fuit dare. Licèt ergò Pater Deſirant omnibus fuerit violenter exutus, nihil tamen eum de jure perdidiſſe, ſed cuncta retinuiſſe ſtricti juris eſt.

Quemnam porrò ſenſum tributum velint iſtis verbis, *mittunt eum in exilium, in æternum diem*, quis intelligat? Phraſis hæc non Judicum civilium eſt, ſed Adverſariorum quorum falſandi licentia ſatis eſt detecta. Credo equidem quòd Poteſtas laïca judicium æternitatis relinquat illi Judici quem Chriſtus inſtituit, ut ligaret in terris quæ in cœlis ligata manerent. Hic verus dies æternus eſt. Quorum judicia ſunt temporalia, nihil circa iſtam æternitatem valent. In æternitate judicabitur quidquid in terris factum eſt humano die.

CAPUT DECIMUM-OCTAVUM.

Detegitur decimus-ſextus Error ſchedulæ quam Adverſarii Sententiam vocant, circa mandatum & Relationem executæ combuſtionis cartarum prætensè fictarum.

SChedula quam Adverſarii ſententiam vocant, inter alia dicebat: *Declarant ſupraſcriptas Epiſtolas de decimâ, & decimâ tertiâ Januarii, & 10. Februarii ſimul cum ſupraſcriptis Formularibus & Reſolutionibus, quæ omnia confecta ſunt à Petro Nicolao Tourteau [de quo in lite mentio] conficta, falſa, ſcandaloſa, & ſeditioſa: mandantes proindè, ut eadem publicè manu Tortoris comburantur.*

In ſententia verò contra Petrum Nicolaum Tourteau lata inſuper habetur, quòd hæc combuſtio fieri deberet Petro præſente. Hanc autem ſententiam ſuppreſſerunt, & liberaverunt eum ex carcere, & ad azylum, quod Patri Deſirant denegatum fuit (nota benè) repoſuerunt, ſine cuſtodia, quam anteà ei dederant, & Petrus hâc occaſione aufugit, ſcientibus, nec contradicentibus, quorum intererat.

Quare Executio facta eſt, prout dicitur, die 15. Junii; Cùmque Petrus non adeſſet, facilè fuit Adverſariis ex Chriſtiana ſua ſimplicitate per totas Bruxellas ſpargere, quòd ſcripta Patris Deſirant comburerentur, & ita nova calumnia, & ignominia ei inuſta fuit, cùm tamen inſuper ſit apparens ipſos hanc

combuſtionem affectaſſe, nè Doctor van Eſpen cum ſuis coram alio Tribunali per extantia Originalia convinceretur robore manuum ſuarum.

An eadem Chriſtiana ſimplicitas impulerit D. *Henricum Malcorps*, ut licèt nec in Decreto Concilii Statûs, nec in ſcheda quam ſententiam vocat, ſaltem, prout impreſſa fuit per ipſos, nominatus non eſſet, ambierit tamen inter Judices & Executores ſedere, neſcitur. Dicitur aliquis, qui virum noſcit, exclamaſſe: *Numquid Saûl inter Prophetas?* Alii paucitatem ſpectatorum obſervantes, mirantesque dictum Dominum Malcorps in feneſtris, & Tortorem in Sabulone, feruntur optaſſe, ut omnes ruſtici Tetrarchiæ Lovanienſis accurriſſent ad ſpectaculum: Necnon ut Perilluſtris D. Prælatus G. Illuſtriſſimus D. Marchio W. Perilluſtris D. Baro S. & Conſultiſſimus D. Advocatus E. vixiſſent, vidiſſent, atque peroraſſent. Qui quod vult dicit, & quæ vult facit, quod non vult audiat, prout incepit audire in Taberna, quando ab Executione rediens in menſa gloriabundus referebat quæ geſſerat, & pallidus audiebat quæ nam gerere non debuerat.

CAPUT DECIMUM-NONUM.

Detegitur decimus-ſeptimus Error ſchedulæ, quam Adverſarii ſententiam vocant, de modo quo Adverſarii deſcribunt Tribunal coram quo ſententia lata fuiſſet.

ADverſarii totâ Europâ ſparſerunt litteras quibus perſuadere conati ſunt, *Patrem Deſirant* damnatum fuiſſe à ſupremo Concilio Brabantiæ. Plerique crediderunt, atque hic rumor malè ſparſus malos effectus peperit, & pejores præparavit, non tamen contra *Patrem Deſirant*. Hic ſemper reſpondit, id quod verum eſt, Concilium Brabantiæ non interveniſſe.

Adverſarii, non advertentes quòd ſibi rursùs in variis contradicerent, impreſſerunt retrò Concluſionem finalem, poſt paginam 120. ſequens monitum, *Nè mireris Lector videns ex præmiſſa Concluſione finali, quòd cauſa inſtructa ſit coram Magnifico Domino Rectore Univerſitatis Lovanienſis, & tamen Sententia prodeat ſub nomine alicujus Junctæ: Monetur, ortum fuiſſe Conflictum Juriſdictionis inter Univerſitatem ex una, & Miniſtros Regios ex altera parte prætendentes cauſam hanc privativè ad cognitionem Regiam ſpectare, undè habitis pluribus tractatibus, tandem nè Juſtitia ex hoc ſiſteretur, ordinatum eſt in Concilio Statûs, ut cauſâ coram Rectore Univerſitatis plenè inſtructâ, Rector duos Aſſeſſores Bruxellas mitteret, qui ſimul cum tribus Conſiliariis Supremi Concilii Brabantiæ deſignandis, cum interventione Advocati Fiſcalis dicti Concilii, cauſam deciderent.* Hactenus Adverſarii.

Aliqua vera, more ſuo, miſcent falſis.

Verum eſt, quòd cauſa fuerit inſtructa coram Rectore Univerſitatis, ſed non eſt verum quòd Sententia prodeat nomine Junctæ. Nam titulus, quem impreſſerunt in capite, eſt ab Adverſariis confictus, non à Juncta ſcriptus, prout conſtat ex iis, quæ ſuprà adduximus capite 4. Juncta ſimpliciter tulit judicium ſuum, prout ex ſchedulæ inſpectione liquet. An autem ut hoc judi-

Digitized by Google

cium ſententiæ vim haberet, ſufficere deberet, quòd nomen Junctæ appareret, hoc Juncta non dixit. Econtra quando eadem Juncta die 4. & 5. Novembris 1707. judicium dederat, circa quinque nota Incidentia, nullùm ex his judiciis fuit habitum tamquàm ſententia, in quantùm emanaſſet ex parte ſolius Junctæ, ſed in quantùm illius temporis Rector ei nomen & authoritatem impertiens, illud tamquàm ſententiam juſſit inſinuari *Patri Deſirant* per Rectoralem ſive Univerſitatis Apparitorem *Van Langendonck*, quemadmodùm ex Originalibus liquet. Ad publicationem verò ſeu executionem iſtius quod in cauſa principali per eandem Junctam die 18. Maii 1708. conceptum fuerat, nihil prorsùs ex parte Rectoris Univerſitatis vel illius Aſſeſſoris, Secretarii, aut cujuſcumque Officialis ejus acceſſit. Fuerat Conflictus Juriſdictionis, prout Adverſarii fatentur. Rector manebat Judex Principalis, cauſam enim perinſtruxerat. Miſerat duos Aſſeſſores primo loco nominatos, hoc eſt primarios. Tres alii erant adjuncti. Quidquid hi quinque pronuntiaturi erant, debebat ad Rectorem redire, ut ab illius officio vim Sententiæ acciperet. Univerſitas per actum Juridicum fuerat publicè proteſtata, quòd Judicium perſonæ Eccleſiaſticæ & Sacerdotis Academici ad Rectorem ſpectaret. Hæc proteſtatio ſufficientem effectum ſuum catenùs ſortita fuerat, quòd quinque Deciſiones Incidentales publicam Sententiæ vim accepiſſent per officium Rectoris, nec Junctâ, nec Miniſtris Regiis, nec Concilio Statûs contradicente. In menſe Novembri 1707. Rector fuerat notiſſimus *D. Alardus vanden Steen*, qui contra Patrem Deſirant in hoc judicio teſtimonium dederat, & propter hoc & alia legitimè ſuſpectatus fuerat, & conſequenter ſciebatur eſſe alterius partis. Cùm ergò ipſemet factis ſuis oſtenderit, authoritatem Rectoralem debuiſſe intercedere & quodammodò præſidere, ſeu primum locum habere, idem debebat obſervari in Cauſa principali, ſub evidenti conditione nullitatis. In menſe Maio 1708. Rector erat Romano-Catholicus. Adverſæ Partis Procurator Quirini deſcripſit copiam falſatam, niſi falſata ſit quam poſteà impreſſerunt, & illa per Civilem Apparitorem *de Potter* Bruxellis inſinuata fuit, nihil ex parte Rectoris vel ullius Officialis ejus interveniente. Licèt ergò vocetur ſententia propter ſimilitudinem quam habet; in jure pro ſententia haberi nequit, & ideò meritò ſtatim ei nullitas ex variis capitibus reſultans objecta, & tum appellatio, tum proteſtatio, prout de jure, per *Patrem Deſirant* legitimè introducta fuit.

Eſt autem verum quòd ortus fuerit conflictus Juriſdictionis ex parte Univerſitatis, id eſt, majoris partis ejus. Sed eſt falſum quòd Miniſtri Regis ex altera parte ſe oppoſuerint. Fuerunt aliqui ex parte ejuſdem Univerſitatis, qui dicunt non dari Janſeniſtas, qui adhærentes Licentiato *vanden Neſſe* famoſo Deſervitori S. Catharinæ, inſtiterunt apud ſuos ut cauſa in Concilio Brabantiæ judicaretur, non à Miniſtris Regiis, ſed à Brabantiæ Conſiliariis, qui non appellantur Miniſtri Regii. Hic titulus manifeſtè ad Concilia collateralia pertinet.

Eſt quoque verum quòd Concilium Statûs ordinaverit, ut cauſæ perinſtruerentur coram Univerſitatis Rectore, & ut hic duos Aſſeſſores Bruxellas mitteret, qui ſimul cum tribus aliis Conſiliariis Brabantiæ deputandis agerent. Sed

non eſt verum quòd non fuerit deſignatus Miniſter Regius ad quem ſpectaret tres illos Conſiliarios deſignare. Expreſſis terminis deſignatus fuit Illuſtriſſimus D. Brabantiæ Cancellarius. Hic verò numquàm deputavit Conſiliarium De Blye, ſed D. Conſiliarium *Leſcornet*. Qualiter hæc mutatio facta fuerit, ſatis conſtat. Et licèt modeſtia jubeat, ut Pater Deſirant nunc taceat, nemo tamen jure indignabitur, ſi deſuper debitè informet Regiam Majeſtatem in ſacra ſua perſona.

Eſt pariter verum quòd Concilium Statûs ordinaverit interventionem perſonæ Advocati Fiſcalis Concilii Brabantiæ. Sed non eſt verum quòd ſcheda quam ſententiam vocant, hanc perſonam expreſſerit. Mutatio facta fuit. A perſona itum eſt ad officium. Verba Schedæ ſunt: *Domini de Juncta, interveniente Officio Fiſcali prænominati Concilii Brabantiæ.*

Diſparitas eſt quòd Officium Fiſcale componatur ex pluribus. Etiam Procurator Generalis intervenire potuiſſet, niſi nomen *Advocati* expreſſum fuiſſet. Induſtria perſonæ requiritur; dum perſona nominatur. Erat notum quòd Advocatus eſſet D. *Charliers*, Cognatus germanus præfati Deſervitoris *vanden Neſſe*, cujus cauſa agebatur. Et licèt Pater Deſirant in deciſionibus Incidentium fuerit obrutus per tempus, ita ut ſolum D. *Guilielmum Leunckens* ſuſpectare potuerit, & licèt pariter præſentiſſimo metu mortis coactus jurare quòd ſe coram hoc judicio ſiſteret, auſus non fuerit dictum D. *Charliers* ſuſpectare, quem tamen conſtabat aliquando in cauſis ad dictum ſuum cognatum germanum ſpectantibus, cum effectu ſuſpectatum fuiſſe; non deerant tamen rationes propter quas ſperari potuiſſet, ut hic ſeipſum excuſaſſet, & ſaltem in ſcheda quam ſententiam vocant, nomen ejus, quod in Decreto Concilii Statûs expreſſum fuerat, ſupprimi non debuiſſet. Atque ita ex omni parte cavillationibus indultum fuit.

Eſt denique falſum, quòd verba Decreti Concilii Statûs fuiſſent hæc, *ut cauſam deciderent.* Hæc verba indicant, quòd fuiſſet ipſis ordinata deciſio tamquàm ad ipſos pertinens. Vera verba fuerunt, *pour être decidez comme il ſera trouvé convenir en juſtice.* Hæc verba erant prudentiſſima, & generalia. Non dicebant quidnam in juſtitia conveniret; ſed illud Junctæ committebant. Etiam conveniebat Juſtitiæ ut ſuſpectarentur ſuſpectandi, & ut ſtante atque numquàm rejectâ ſuſpectatione & recuſatione legitimâ contra D. Guilielmum Leunckens injectâ, non judicaretur Sacerdos à Laïcis, qui ſatis clarè in ſuis ſcriptis, quantùm metus mortis permittebat, ſuas exemptiones allegabat. Conveniebat pariter ut in omnem eventum nihil pro ſententia haberetur, niſi quod à Rectore Univerſitatis tamquàm à Judice Eccleſiaſtico emanaret. Denique conveniebat ut diſcuteretur, utrùm hic vel ille perjurus, ſacrilegus, fictor, aut factor eſſet.

Ad majorem vim proferemus verba Decreti prout à Concilio Statûs emanavit. *Le Roy en ſon Conſeil. Très-chers & Feaux, aiant reveu les retroactes avec vôtre avis rendu ſur la Requête preſentée de la part des Recteur & Univerſité de Louvain, nous vous faiſons cette pour vous advertir que par nôtre Decret de ce jourd'hui, donné ſur ladite Requête nous avons autoriſé le Premier Suppliant à faire parinſtruire pardevant lui la cauſe mentionnée en icell*

Digitized by Google

Requête avec les debats en reſultez & à reſulter, & le tout étant en état d'être jugé, ledit premier ſuppliant ſera obligé d'envoier deux Aſſeſſeurs en cette Ville, avec les pieces de ladite cauſe, pour avec trois Conſeillers de nôtre Conſeil de Brabant à denommer par le Chancellier, & à l'intervention de l'Advocat Fiſcal du même Conſeil, la cauſe & debats être decidez comme ſera trouvé convenir en juſtice. A tant &c. A Bruxelles le 5. d'Octob. 1707. *paraphé* Cox: *Vt. plus bas, par Ordonnance de Meſſeigneurs du Conſeil d'Etat commis au gouvernement General des Paisbas, ſigné Claris.*

Non ſpectabat ad Patrem Deſirant inquirere, quamnam authoritatem haberet Concilium Status, ſub nomine *De Meſſeigneurs du Conſeil d'Etat commis au gouvernement géneral des Paisbas.*

Hæc controverſia ſpectabat ad Regem. Et licèt aliqua dicerentur de neſcio quâ proteſtatione, occaſione rerum Limburgenſium publicata per quemdam Excellentiſſimum D. attamen nullatenùs conveniebat ut Pater Deſirant ſe tantæ rei immiſceret.

Sufficit, quòd cognoſcatur, originem ſeu fundamentum, quo dicta Juncta ſtabilita fuit, unicè & ſimpliciter fundatam fuiſſe in commiſſione *pour être decidez comme ſera trouvé convenir en juſtice.*

Res tanta pertinet ad ſacram Majeſtatem Regiam, cujus deſuper expectandum judicium;

Et maximè an Juncta ſic ſtabilita, acceperit veram poteſtatem ita judicandi Religioſum Profeſſum, Doctorem Academicum, Sacerdotem conſecratum, idque non obſtante conſuetudine contrariâ, non obſtantibus Concordatis Caroli V. qui à ſimilibus judiciis etiam Clericos conjugatos in cauſis criminalibus exemptos voluit, non obſtante articulo primo Læti introitûs, in quo non tantùm confirmantur Patriæ Tribunalia Eccleſiaſtica, verùm etiam facultas ſtabiliendi Junctam olim ad crimina læſæ majeſtatis primi ordinis reſpectu laïcorum fuit reſtricta per ſolum Lætum Introitum Mariæ Burgundicæ de anno 1477. & in omnium Succeſſorum Læto Introitu planè expuncta. Denique non obſtantibus ſacris Canonibus, Decretis Pontificum, pluribusque Regiis, atque Ducalibus Edictis, ac Sanctionibus, quæ notiſſimæ ſunt. Si hæc poteſtas defecerit, quænam & quantæ & quotnam indè nullitates ſequantur & ſecutæ fuerint, Adverſarii cogitent.

CAPUT VIGESIMUM.

De alio Errato ſchedulæ, quam Adverſarii Sententiam vocant, circa Libellum Civilem, *quo commendata fuit petitio Relivii quam Petrus Nicolaus Tourteau proponebat ut non obſtante confeſſo Perjurio admitteretur velut teſtis idoneus contra* Patrem Deſirant.

TAmetſi meritò apprehendam nè Catholicus Lector horrorem concepturus ſit dum intelliget tenorem Libelli Civilis per *Henricum Malcorps* Actoris nomine oblati, de quo in ſchedula, quam ſententiam vocant, articulo 23. dicitur, *viſo inſimul Libello Civili Actoris die* 16. *Febr. ultimò elapſi:*

Digitized by Google

& art. 27. *prædictum Libellum Civilem jungentes ad litem*; attamen ut mundus intelligat, nihil eſſe in Religione Catholica ſacrum, quod Janſeniſtæ ſub falſa ſanctitatis imagine ſuis libidinibus non ſubjiciant, etiam Erratum hoc paucis referendum eſt.

Cùm viderent ſe deſtitutos probationibus, ac jure metuerent, nè jurata Doctoris Van Eſpen Acta de 19. Aprilis 1706. à Patre Deſirant, qui eam fortuitò detexerat, exploderentur, prout exploſa fuit in Apologia pag. 171. & ſequentibus, ubi decem notoriæ falſitates ejus ad oculum demonſtratæ fuerunt; inierunt conſilium ut Juratori Juratorem Collegam adſciſcerent. Habebant Petrum Nicolaum Tourteau in ſua poteſtate, dignum inſtrumentum quod jungeretur Z.B.V.E. juſſerunt eum ægrotare. Sed morbi fictio erat tam conſpicua, ut per fidelem Domeſticum Patri Deſirant innotuerit. Quonam hæc Morbizatio tenderet, nonniſi poſt publicatam ſchedulam, quam ſententiam vocant, innotuit.

In favorem ſui liberti Petri Nicolai Tourteau compoſuerunt vel componi fecerunt ſcripturas duas ſub eodem titulo, *Deductio Juris pro Petro Nicolao Tourteau.* Secundam impreſſerunt retrò ſuam Concluſionem finalem, poſtquàm experti fuerant, quòd fraudes commiſſæ in prima, Patri Deſirant notæ forent, nimirùm de ſcelerata morbi fictione. Horreſcit animus vel cogitare, quouſque viri qui ſe dicunt Catholicos eſſe, & ſeptem ſacroſancta Eccleſiæ Sacramenta profiteri, exceſſerint. Verba proferemus Deductionis primæ, quæ Chriſtianam attentionem merentur. *Cùmque incarceratus* (Petrus Nicolaus Tourteau in deliciis conſtitutus) *arctiſſimèque detentus* (ut faceret quidquid vellet) *præ anguſtia & anxietate preſſus* (nè ab ipſis deſereretur) *eò devenerit* (de mandato ipſorum) *ut pauco abhinc tempore prout Ampliſſimis, Prænobilibus ac Venerabilibus Dominationibus veſtris notum* (per illos qui hæc finxerunt) *in talem morbum inciderit* (imperatum) *ut, inquam, crederent Medici* (ignoti) *eum ex hoc mundo migrare* (ad ædes ſuas) *& ideò eum adminiſtrari fecerunt muniendo eundem Viatico ac ſacrâ Unctione* (ritu Janſeniano) *quo tempore* (ficto) *apud ultimam ſuam declarationem ſuper hoc negotio perſtitit* (ſed non juravit) *permittendo* (coactus) *ſuo Confeſſario* (aliàs de ſimili exceſſu apud Sedem Apoſtolicam anno 1690. notato) *idipſum poſſe divulgare, atque notificare* (ut nempè ad fictionis perverſitatem Sacerdotalis authoritatis abuſus accederet) *Cùmque hæc declaratio non poſſit præſumi falſa* (niſi apud Romano-Catholicos) *frivola & inanis, utpotè in æternis facta* (mentita eſt iniquitas ſibi) *quo tempore, Menochio teſte, nemo ludere aut falſa dicere præſumitur* (exceptis Janſeniſtis, qui v.g. in Hollandia luſum æſtimant in excommunicatione mori) *hinc confidit, inquam, remiſſionem ſi non in toto, ſaltem in parte futuram* (apud Janſeniſtas ſcilicet) *ſperans virgam & correctionem tributuram ſapientiam*, ſi non in ſæculo præſenti, ſaltem in futuro.

Habemus probationes ſufficientes ad manum, ut, ſi audeant negare, demonſtremus hæc & pejora ab ipſis ſuggeſta, ſcriptoque, in præfata Deductione prima, parata fuiſſe.

Cùm verò ſcirent ſe detectos, & præſertim cùm cognoſcerent quòd ve-

Digitized by Google

nerabilis *P. de Swert* Oratorii Superior in judicio juratus depoſuiſſet, Petrum Nicolaum Tourteau numquam illo tempore SS. Euchariſtiam ſumpſiſſe; quemadmodùm in Apologia oſtenſum eſt; alia conſilia inivcrunt.

Cùm etenim præfato Rdo. Patri de Swert propoſitus fuiſſet articulus contrariorum factorum 314. *Quòd Petrus toto tempore quo apud Oratorios extitit numquam ſumpſerit ſacram Euchariſtiam*; in judicio reſpondit, *arbitratur quòd non ſumpſerit.* Et ſimiliter ad art. 315. *quòd idem Petrus hoc anno non celebraverit ſuum Paſcha.* Reſpondit: *Audivit D. Deponens autem, quòd ſequeſtratum acceſſerit ſemel vel bis Rdus. Dominus Heemans tamquam Confeſſarius, non arbitratur tamen quòd ſumpſerit Communionem.* Hæc Oratorii Superior, qui debuit ſcire & ſcivit an Petrus in Oratorio exiſtens ſacram Synaxim ſumpſerit. Habuerunt Adverſarii, quibus omnia licebant, reſponſionum harum per præfatum Oratorii Superiorem juratarum inſpectionem, & ideò puduit fallacem de Petri morbo lethali, atque de ſuſceptis in illo Pœnitentiæ, Euchariſtiæ, & Extremæ-Unctionis Sacramentis fabulam in medium producere. Cùm verò non puderet inceptas falſas criminationes proſequi, fictionem fictionibus addentes, novam Janſenianæ fidei machinam procuderunt.

Bruxellis die 16. Februarii 1708. dum cauſa erat in relatione, obtulerunt Dominis de *Juncta*, ut vocant, Libellum Civilem, ponentes in facto, quòd Petrus Nicolaus Tourteau in quodam libello ſupplici declaraſſet, Patrem Deſirant ei ſubminiſtraſſe librum Zypæi, ut per duos illius textus ſubdolè explicatos, ad falſam accuſationem induceret, & concludebant, *quemadmodùm pleniùs conſtat ex Originali libello ex parte præfati Tourteau exhibito, & cum prædicto libro inter præfatæ litis acta poſito, cujus hic copia jungitur*, *ad quam fit relatio.*

Tam Libellus Civilis Adverſariorum, quàm annexus libellus Petri Nicolai Tourteau fuit Patri Deſirant eâdem die 16. Febr. 1708. communicatus per Apparitorem Civilem.

Videamus, obſecro, quidnam in illo Petri Nicolai Tourteau libello, quem Adverſarii approbabant, adoptabant, & ſe ad illius tenorem referebant, contentum fuerit.

In prima parte exhibetur fabula contradictionibus plena de ſubminiſtrato Zypæo, ſufficienter refutata in Apologia pag. 281. & ſeqq.

In ſecunda parte Petrus ſuſtinet, ſe quidem perjuraſſe, ſed non eſſe infamem, & concludit: *& cùm ex prædicto Covarruvia tomo 1. parte 3. c. Quamvis pactum §. 4. conſtet, quòd juramentum ex ſimplicitate præſtitum debeat per judicem remitti, hinc eſt quod ſupplicans recurrat ad Magnificentiam veſtram, humillimè rogans quatenùs conſideratis ſupradictis dignetur ſupplicanti remittere juramentum in primis ſuis accuſationibus contra prædictum Clariſſimum D. Van Eſpen & alios venerabiles viros præſtitum, largiendo ei deſuper, in quantum relivium in forma, quod faciendo &c. Signatum erat J. Dammen quatenùs juris, & Petrus Nicolaus Tourteau quoad facta.*

Pater Deſirant ſtatim reſpondit per ſcripturam cui titulus, *Rationes Im-*

Digitized by Google

pertinentiarum , in qua inter alia dixit : *& quod eſt turpius prætenſum Officium Fiſcale quod univerſas anteriores Petri falſitates ignorare non poteſt* (nam inſtituerat & proſequebatur contra ipſum atrociſſimam litem criminalem) *non erubeſcit applicare præfatum Petri libellum ſupplicem* , *cum ſequenti elogio*, ſuprà relato.

Opponens autem (P. Deſirant) *præfatas omnes poſitiones expreſsè negat, tamquam falſas* , *abuſivas* , *& malitiosè adinventas per Petrum cum ſuis.*

Et poſtquàm ulteriùs oſtendiſſet contradictiones , implicantias , & alios exceſſus, ac præſertim quòd Petrus die 4 Martii 1707. ſuo Confeſſario Patri Grauwels dediſſet ſchedulam ſequentis tenoris, *Infraſcriptus* , *ſalutari* , *de qua Deo ter Optimo maximo gratias* , *ductus pœnitentiâ* , *motu proprio & nullatenùs ad hoc inductus*, *declaro &c.*

Subjungebat P. Deſirant , *dicant nunc* , *obſecro* , *Adverſarii* , *quandonam Petrus fidem mereatur* , *an dum dixit Confeſſario ſuo ſe cuncta declaraſſe* MOTU PROPRIO , *an dum in præfato libello nunc aſſerit quòd nullo modo fecerit motu proprio.*

Argumentum erat peremptorium. Nam conſtabat ex jurato teſtimonio Patris Grauwels quòd Petrus illa confeſſus fuiſſet die decimâ-quintâ Februarii 1707. Fabula de ſubminiſtrato Zypæo , juxta noviſſima Petri dicta , accidiſſet tantummodò 5. Martii ſubſequentis , prout Adverſarii repetunt in ſua Concluſione finali art. 740. & Petrus in ſua Deductione art. 209. & 219.

Ad Covarruviam P. Deſirant reſpondit, clarè oſtendendo , illum agere de juramentis pupillorum qui contractus nocivos per ſeductiones ſignaverant. Tunc ſcilicet relivio locum eſſe. Ubi verò agitur de juramento Aſſertorio in ordine ad accuſandum , Covarruviam expreſsè dicere , *dupliciter puniendum qui pretio conductus falſum teſtimonium dedit* , *nimirùm partim quia perjuravit*, *partim quia ut hanc iniquitatem faceret injuſtè mercedem accepit.*

Et Pater Deſirant concluſit in hæc verba : " Et ſcilicet audet Relivium petere. Petat ergò etiam (ſit venia verbo) petat , inquam, virgo reparationem „ poſt lapſum. Neſcit Opponens quid Adverſariis venerit in mentem , non tantùm talem libellum ſupplicem protegendo, & utendo, ſed etiam permittendo ut incideret in manus Opponentis. Videntur voluiſſe reproducere inſtrumentum confuſionis ſuæ. Totus enim dicti libelli contextus nihil aliud clamat, quàm quòd Petrus profiteatur ſe promiſſis venalem eſſe. Atqui ex Depoſitione Rdi. Domini Gallot in annexis ad Uberiorem Reſponſionem ſub „ n. 17. conſtat Petrum conqueſtum fuiſſe quod à Patre Deſirant recipiſſet „ valdè macrum ſalarium juſtorum laborum ſuorum. Ex alia parte conſtat „ quòd Adverſarii illo tempore, quo præfatum libellum offerebat, apud Oratorios conſtitutus, pinguiſſimos ipſi præſtabant, & adhuc præſtant promiſſionum ſuarum effectus : Nihil ergò aliud ex præfati libelli tenore datur colligi , quàm quòd Petrus ſeipſum & ſuas Depoſitiones unicè devoveat iis qui „ promittunt , & à quibus promiſſa expectat. Ex quibus an non potiùs reſultet „ vehemens præſumptio , quòd Adverſarii Petrum ſub ſua poteſtate poſitum „ per ſpem Relivii & alia promiſſa allectum , & lautâ menſâ corruptum ad „ ſignandum præſentem libellum ſupplicem neſcio à quibus compoſitum ſedu-

Digitized by Google

„ xerint, apud alios judicium eſto." Et ſic tranſeundo ulteriùs contentum li-
„ belli Civilis cum annexo per Impertinentiam, denegationem, & falſitatem,
„ Reſcribens contendit ad hoc, ut Officium Fiſcale in ſuo ſuſtento, ſeu præ-
„ tenſis novis factis, declaretur non receptibile, neque fundatum, ac proindè
„ prætactus libellus cum annexo ex actis rejiciatur, aut aliàs ſalutariter, cum
„ expenſis, Implorando &c."

An verò huic Patris Deſirant ſcripturæ cui titulus, ***Rationes Impertinentiarum*** acciderit, id quod Adverſarii in ſua Concluſione finali jactant accidiſſe Concordantiæ, quam paginâ 120. dicunt examinatam non fuiſſe, in terminis, ***ſtultum fuiſſet, illius Concordantiam examinare***, ſcire nefas.

Quidquid ſit, in ſcheda quam Adverſarii ſententiam vocant, reperiuntur hæc verba art. 22. ***Viſo inſimul libello Civili Actoris die 16. Feb. ultimò elapſi*** Et art. 27. ***prædictum libellum Civilem jungentes ad litem.***

Judicet Orbis Catholicus.

CAPUT VIGESIMUM-PRIMUM.

Detegitur decimus-octavus Error ſchedulæ quam Adverſarii ſententiam vocant, importans novam nullitatem ex tenore LÆTI INTROITÛS *ſive legis fundamentalis Patriæ circa Tribunal Eccleſiaſticorum, & circa* JUNCTAS *petitam.*

NUlla Gens ſæpiùs atque magis ***Lætum Introitum***, ſive Diploma legum Patriæ fundamentalium, atque conſuetudinum quod à Brabantiæ Ducibus in ſua inauguratione juratur, inclamavit quàm Janſeniſtæ Cauſa clamorum fuit quòd primus illius articulus ordinet, ut nemo judicetur niſi ſecundùm leges Patriæ. Cùmque de Janſeniſmo ſuſpecti, niſi ſe purgarent, per Edicta Regis excluderentur ab officiis, & beneficiis non adeptis, ſed conſequendis, adeò ut non liceret ipſis ſuſpectis eſſe, abſque obligatione ſeſe purgandi, magnis clamoribus objecerunt ***Lætum Introitum***, quaſi ſecundùm hunc nemo niſi prævio juris ordine convictus excludi deberet. Non diſtinguebant ſcilicet obligationem ſe purgandi, quam contrahit ſuſpectus de hæreſi, ab obligatione probandi alia crimina quam Actor contrahit.

In cauſa verò Patris Deſirant totus ***Lætus Introitus*** oblivioni datus fuit. Licèt enim in illo clariſſimè ſtatuatur, conſervanda eſſe ***Tribunalia Eccleſiaſtica***, & nè quidem reſpectu laïcorum ſtatuendas ***Junctas***: attamen Patris Deſirant cauſa, quæ uſque in finem inſtructa & perinſtructa manſerat coram Judice Eccleſiaſtico, fuit ſubjecta ***Junctæ*** extraordinariæ, quamquam perſona Patris Deſirant notoriè Eccleſiaſtica, & tribus titulis, exempta foret.

Producimus verba Læti Introitûs tam Mariæ Burgundicæ de anno 1477. quàm Caroli V. de anno 1514. Alberti & Iſabellæ de anno 1599. Nec non Philippi IV. de anno 1623. ubi concordibus terminis Articulo primo ſancitur: *Quòd ſua Majeſtas omnes* PRÆLATOS, RELIGIOSAS DOMOS, *Barones, nobiles, & bonos homines ac ſubditos Oppidorum ſuorum, Municipiorum, ac Regionum, in omnibus cauſis tractari faciet per judicium & juſtitiam, ſecun-*

Digitized by Google

dùm, jus Oppidorum & TRIBUNALIUM COMPETENTIUM AC DEBITORUM, *& quòd judices Regiorum præfatæ Majeſtatis debebunt ſua Tribunalia ſervare.*

Ex his verbis manifeſtè ſequitur, Patriam noſtram Catholicam eſſe, & Regnantium voluntatem juratam ſemper fuiſſe, ut *Eccleſiaſtica Tribunalia* manerent in ſua competentia, tam reſpectu *Religioſorum* quàm *Prælatorum*. Hæc eſt lex fundamentalis, quâ everſâ Catholicam Religionem contra enixam Principum noſtrorum voluntatem everti perſpicuum eſt.

Quod verò attinet ad facultatem quam ſibi Principes noſtri reſervatam voluiſſent ad ſtabiliendum aliud Conſilium, ſive *generale*, ſive *ſpeciale* quod appellatur *Juncta*, à jungendo, eò quòd varii Judices ſimul jungantur in uno ſpeciali corpore ad certam judicaturam. En alia verba: ABSQUE EO, QUÒD NOBIS AUT CUIPIAM ALTERI EX PARTE NOSTRA *ſit futurum integrum allegare, quòd tales cauſæ poſſent, aut deberent evocari, aut relinqui ſub cognitione Principis, aut ejuſdem Concilii generalis*, SIVE SPECIALIS.

Hîc manifeſtè eſt caſus noſter. In ſolo *Læto introitu* Mariæ Burgundicæ de anno 1477. habetur exceptio, ad cauſam *Patris Deſirant* non pertinens, *Exceptis delictis, quæ appellantur crimen læſæ Majeſtatis, nimirùm ſi quiſquam per ſe, vel per alium machinetur in perſonam Principis aut Principiſſæ, aut eorum liberorum, aut in perſonam Cancellarii, aut Capita Conciliorum eorumdem ad illos tollendos de hâc vita, mediante veneno aut alio modo, aut etiam illos, aut illorum quemquam maligno animo percutiendo aut lædendo, quique aliquod ex noſtris Oppidis, Caſtris, aut Regionibus traderet noſtris inimicis, qui etiam apertis inimicis auxilium, vel ſuccurſum, clàm aut palàm præberet.*

Nullus ex prædictis caſibus Patris Deſirant objectus fuit, prout ex inſpectione tam Libelli gravaminum, quàm totius Concluſionis finalis Partis adverſæ liquet. Igitur cauſa ejus, etiamſi Laïcus fuiſſet, juxta Lætum Introitum Mariæ Burgundicæ ad Concilium ſpeciale ſive *Junctam* revocari, aut relinqui non potuit. Hæc lex fundamentalis Patriæ.

Atqui præterea relata clauſula exceptiva, fuit revocata, & in omni Læto Introitu Principum Succeſſorum expuncta, prout legentibus patet: ergò nè Laïcus quidem potuiſſet, de Majeſtatis crimine coram JUNCTA conveniri.

Sequitur quod Janſeniſtæ in ſuis cauſis perperam objecerint Lætum Introitum, ad oſtendendum quòd non potuiſſent compelli ad ſuſpicionem purgandam ſub pœna excluſionis. Nihil enim de hoc in Læto Introitu ſtatuitur. Sed econtra, cùm Tribunalia Eccleſiaſtica ibidem conformentur tamquàm competentia, ſequitur quòd meritò ſervari debuerit Lex *Gazaros* Codice *de Hæreticis Manichæis*, ubi expreſſiſſimè ſtatuitur. *Qui autem inventi fuerint* SOLA SUSPICIONE NOTABILES, *niſi* AD MANDATUM ECCLESIÆ, *juxta conſiderationem ſuſpicionis, qualitatemque perſonæ propriam innocentiam* CONGRUA PURGATIONE MONSTRAVERINT, *tamquàm* INFAMES ET BANNITI *ab omnibus habeantur; ita quidem, ut ſi ſic per annum permanſerint, ex tunc omnes tamquàm hæreticos condemnamus.*

Nec ullus poſſit in materia Religionis conqueri ſe propter ſuſpicionem adigi ad fidei Profeſſionem. Nam profeſſio fidei eſt in Catholici Poteſtate, atque

Digitized by Google

hæc profeſſio nihil gravaminis, ſed honeſtatis habet. Eſt inſuper in præcepto, juxta illud priſcum, *in ſuſpicione hæreſis neminem decet eſſe patientem.*

Non eſt idem de ſuſpicione aliorum criminum. Quia Latro v.g. ſuſpectus quòd exquiſitis artibus furetur, ditetúrque pecuniis, viduarum & pupillorum ſanguine purpuratis; nulla ſe poteſt verbali confeſſione purgare.

Suſpectus quòd non calleat idioma Patriæ, idcircò ſit excludendus ab officiis Regionis, meritò repellitur, ſi ſub quocumque prætextu recuſet ſe purgare, idioma Patriæ loquendo. Niſi enim hoc idioma calleat, non eſt aptus officio Patriæ. Si idioma loquatur ad ſe purgandum à ſuſpicione; facit rem honeſtam, facit rem quæ eſt in ſua poteſtate; facit denique rem ſibi utilem, quâ Adverſarios cum honore dejicit, qui ei objecerant obicem, idiomatis Patrii ignorantiam.

Si talis ſuſpectus detractaret idioma Patriæ loqui, allegando prætextum quòd ſe per hanc locutionem deridiculum faceret, & purgatione fœdatum; nemo dubitet quin hæc tergiverſatio illum redderet de idiomatis imperitia convictum.

Idem eſt in caſu hæreſis. Suſpectus habet ſemper poteſtatem confitendi, fidei confeſſio ſemper eſt honeſta, ſemperque præcepta in ſuſpicione: Eadem confeſſio ſuſpecti adverſarios dejicit cum honore. Quiſnam ergò dubitet, Leges juſtas eſſe, quæ tales ſub vano prætextu honoris, fidem confiteri nolentes, reputant deceptores, & ſpiritu hæretico plenos? Ex hac verò ſequela conſequentiæ ſequuntur nimis funeſtæ.

Si etenim hoc detur, quòd poſſit aliquis damnari ex ſuſpicione; atque ſi hoc addatur, quòd aliqua factio poterit *Junctas* ſeligere, quæ de ſuſpicione judicent. Actum eſt de Patria: Actum de ſalutis honeſtate. Quilibet fortunâ turgidus proſcribet inimicum privatum. Non patietur objici homicidium, non furtum aut crimen ſimile quod judicabit probationem requirere. Crimen Læſæ Majeſtatis aut impugnati ſtatûs adducet, ut ſit ſecurus quòd facilis ſuſpicio inimicum per delectos executores deſtruet. Nemo Innocens tutus, non ego, non tu, non ille, ſi inimicum fortunatum habet

Sequitur ſecundò quòd Janſeniſtæ perperam, objicientes Lætum Introitum in cauſis ſuis, eundem Lætum Introitum palàm violaverint in cauſa *Patris Deſirant.*

CAPUT VIGESIMUM-SECUNDUM.

Confirmantur hæc ex Concordato Caroli V. cum Clero Secundario Leodienſi.

SUfficit referre quæ dicta ſunt in Apologia cap. 24. num. 238. & ſeqq. ubi etiam adferuntur verba Doctoris van Eſpen.

" 238. Hanc verò praxim numquam in Brabantia receptam fuiſſe, idem „ Doctor cogitur fateri n. 47. ubi adducit verba Zypæi titul: de foro com- „ petenti n. 27. *Concilium Brabantiæ Presbyteros de crimine enormi convi-* „ *ctos remiſiſſe ad Judicem Eccleſiaſticum.*

„ 239. Quod magis eſt, n. 55. & 46. adducit Concordata inter Carolum

Digitized by Google

„Quintum & Epiſcopum Leodienſem tit. 6. *ubi etiam Clericis conjugatis*
„*hoc privilegium aſſeritur, etiam in criminibus membri amputationem, aut*
„*capitalem pœnam, ſeu corporis afflictivam inferentibus.*

„240. Et n. 47. *Porrò concordata hæc tantùm loquuntur de ſimplicibus Cle-*
„*ricis, ſive conjugatis, ſive non conjugatis, hoſque etiam in delictis quantum-*
„*vis pœnâ corporali puniendis, modò tamen non ſint ex enormioribus, immu-*
„*nitate clericali gaudere declarant: de Clericis in Sacris conſtitutis non lo-*
„*quuntur, ut hos jure communi quo ad uſum hujus immunitatis reliquiſſe vi-*
„*deantur.*

CAPUT VIGESIMUM-TERTIUM.

Detegitur decimus-nonus Error ſchedulæ quam Adverſarii Sententiam vocant de incompetentia Tribunalis Laïci, ex ſacris Canonibus, & Legibus Civilibus, notoriam nullitatem & injuſtitiam arguens.

EX ſchedulæ, quam ſententiam vocant, tenore conſtat, quòd P. Deſirant non fuerit à ſuo Sacerdotio, vel Religione, vel Doctoratu degradatus. Adeòque quòd illum ſciverint, & tractaverint tamquàm Sacerdotem, Religioſum profeſſum, S. Th. Doctorem, officia Regia, & beneficia Eccleſiaſtica poſſidentem.

Ergò manifeſtè contra Sacros Canones, quorum obſervantiam Principes noſtri Catholici jurant, & ſervatam volunt, omninò peccatum fuit, juxta Titulum *de foro competenti* per totum.

Nec obſtat, quòd Pater Deſirant juraverit ſe coram illa *Juncta* ſiſtere. Oſtenſum eſt enim ſæpiùs quòd id fecerit ex præſentiſſimo mortis metu injuſtè incuſſo, poſtquam nimirùm homines ſanguinarii die 17. Decembris 1707. ſub mendaci prætextu quòd in Gallias fugeret, de mandato D. Alardi vanden Steen, qui, prout omnibus notum eſt, miris artibus Univerſitatis Rectoratum obtinuerat, apprehendi fecerunt ad portam civitatis per ſatellites, & milites acatholicos armatos, impendendo ad hanc executionem fictos officiales, nimirùm Procuratorem *Quirini* qui agebat Promotorem Generalem Officii, & Bedellum *Egidium Denique*, qui agebat officium Secretarii Univerſitatis, licèt tam unus quàm alter utriuſque officii incapax, & inidoneus eſſet.

Pro quo impenditur Cap. *Si Diligenti*, dicto titulo de foro Competenti. *Manifeſtè patet, quòd non ſolùm inviti, ſed etiam voluntarii paciſci non poſſint, ut ſecularia judicia ſubeant, cùm non ſit beneficium perſonale, cui renuntiari valeat, ſed potius toto Collegio Eccleſiaſtico ſit publicè indultum: cui privatorum pacto derogari non poteſt. Nec juramentum licitè ſervari potuit* (metus mortis excuſat jurantem promiſſoria) *quod contra Canonica Statuta illicitis pactionibus informatur.*

Conſonat Jus Civile, Lege *ſtatuimus* 33. Codice de Epiſcopis & Clericis: *Statuimus ut nullus Eccleſiaſticam perſonam in Criminali quæſtione vel civili trahere ad judicium ſeculare præſumat, contra Conſtitutiones Imperiales, &*

Digitized by Google

Canonicas Sanctiones, Quod ſi Actor fecerit à jure ſuo cadat: judicatum non teneat, & Judex ex tunc judicandi poteſtate privetur.

Similes textus innumeros utriuſque juris, apud authores invenimus ſic explicatos, ut omnes unanimiter in eo conveniant, quòd præſertim in Criminalibus ſententia ſit ipſo jure, & facto nulla. Panorm. Felin. &c. quibus addi poteſt ſcriptor Gallus L'oiſeau Des Seigneuries Cap. 13. Des Juſtices Eccleſiaſtiques per totum, & præcipuè num. 62. 63. 64. 65.

Quin etiam ſcriptor Belga Zoëzius ad Decret. n. 12. & ſeqq. non dubitat aſſerere quòd aliter faciens ſit ipſo facto excommunicatus.

Clericus Eccleſiaſticum habet Judicem, etiam in criminalibus, Auth. ſtatuimus c. de Epiſc. & Cleric. ut ſententiâ laïci minimè legitur, etiam in liquidis, c. 2. eod. in 6. Imò laïcus Clericum judicare præſumens excommunicatur c. 7. ſup. de arbitris. Ratio in eo eſt. Quòd cùm Clerici ſint correctores morum, non æquè poſſint inſtruere, corrigere eos, qui ſubjecti eſſent, & quia laïcus non debet tractare ſpiritualia. Undè c. 2. ſup. tit. 1. *Decernitur, nè laïcis committantur ſpiritualia negotia.*

Zypæus etiam Belga Conſult: Canonicæ de foro Compet: Conſult: 2. Verbo, *Tertia nullitas*, aſſerit talem ſententiam in praxi haberi tamquàm *ipſo jure nullam*, Prout etiam Vantius *de nullitatibus ſententiæ defectu juriſdictionis.* Num. 101.

Accedit Praxis & conſuetudo Patriæ, tam conſtans & minimè interrupta, ut ex quo Brabantia facta fuit Catholica, numquam exemplum viſum fuerit, quale in Patre Deſirant jam primum auſi ſunt exercere.

Scimus non eſſe tempus urgendæ excommunicationis certò incurſæ juxta articulum 19. Bullæ in Cæna Domini, *Item excommunicamus & anathematizamus omnes & quoſcumque Magiſtratus, Senatores, Præſidentes, Auditores, & alios Judices, quocumque nomine vocentur, ac Cancellarios, Vice-cancellarios, Notarios, Scribas, ac Executores, & Subexecutores, & alios quoquo modo ſeſe interponentes in cauſis capitalibus, ſeu criminalibus contra perſonas Eccleſiaſticas, illas banniendo, capiendo, proceſſando, ſeu ſententias contra illas proferendo, vel exequendo, ſine ſpeciali, ſpecifica, & expreſſa hujus ſanctæ Sedis Apoſtolicæ licentiâ; quique ejuſmodi licentiam, ad perſonas & cauſas non expreſſas, extendunt, vel alias illâ perperàm abutuntur; etiamſi talia committentes fuerint Conſiliarii, Senatores, Præſidentes, Cancellarii, Vice-cancellarii, aut quovis alio nomine nuncupati, &c.*

Scimus, inquam, præſertim poſtquam in amaritudine cordis noſtri nuper Bruxellis virum, quem putabamus Catholicum eſſe, ex catholicis Parentibus natum, & gaudebamus aſſiduè templa noſtra frequentare, & indies intereſſe ſacroſanctis myſteriis, Eccleſiaſticas audivimus cenſuras ſatis impiè explodentem

De Calviniſtis, & Lutheranis atque ſimilibus non loquuntur, cùm enim ſint in errore nati atque educati, tolerabilius videtur quod de cenſuris noſtris

Digitized by Google

non cogitent: Et quamquam ita nati & educati ſint, videmus equidem quòd non ſint amarulenti, necnon quòd pluribus virtutibus moralibus polleant, quibus utinam viam ſternant plenè redeundi ad Nos!

Vir autem ille cum ſuis, cùm in Catholica fuerit Religione inſtructus, talem conſiderationem non meretur. Et quoniam ipſe & ſimiles, malam ſuam fidem oſtentent, gerendo ſe ùt Catholicos ubi tamen deficiunt in fide, aut potiùs ſatis plenè defecerunt, poſſumus cogitare, quidnam de aliorum operum, quæ fecerunt, & indies faciunt, juſtitiis liceat conjicere. Dumquè tam facilè cenſuras contemnunt, cur non etiam renuntiant ſuffragiis Sanctorum, communioni Eccleſiæ, & Eccleſiaſticæ in terra ſancta ſepulturæ, quorum privatio ex cenſuris ſequitur? Regem ſcilicet, & populum timent, nec timent Deum: Ex timore Regis & populi contremiſcunt ſequelas, qui antecedens fugere ex Dei timore deberent.

Cogimur hìc referre cujuſdam magni Viri Conſilia, qui Cenſurarum contemptum, & violenta earumdem impedimenta ponderans, ſuggerebat, nihil opportunius videri quàm ut excommunicati monerentur, quoad effectus cenſurarum internos & ſpirituales conſulere ſuæ Conſcientiæ; de effectibus autem externis cuncta diſſimularentur, præter privationem Eccleſiaſticæ ſepulturæ, quæ refractariis infligeretur per Decretum non revocandum niſi publicè ſatisfeciſſent. Si Eccleſia hanc viam capeſſeret, difficilius fore Romanæ Eccleſiæ hoſtibus hanc impedire, quàm putent: Hæc ille.

CAPUT VIGESIMUM-QUARTUM.

Deteguntur & modeſtè urgentur ulteriores nullitates ex interventione ſuſpectati D. Guilielmi Leunckens, *& hác occaſione de Dominis* de Blye, Charliers, *&* Corſelio.

QUis neſciat, eſſe in more poſitum, quemcumque Conſiliarium, ex cauſis recuſare, atque ſuſpectare? Praxis hæc per Univerſum Orbem currit inoffenſo pede. Nemo jure ſuccenſebit, niſi forſan recuſans & ſuſpectans, cauſas allegaſſet falſas & diffamantes. Ita ſentiunt omnes authores in Legem *Apertiſſimi Juris eſt*, 14. Cod. de Judiciis, ad verba: *Cùm etiam ex generalibus formis ſublimiſſimæ tuæ Sedis, ſtatutum ſit*, NECESSITATEM IMPONI, *judice recuſato, partibus ad eligendos arbitros venire, & ſub audientia eorum ſua jura proponere.*

Nihil magis publicum eſt Bruxellis, quàm quòd Deſervitor *vanden Neſſe* ſuſpectaverit Illuſtriſſimum Dominum Cancellarium Brabantiæ & duos alios de Concilio Statûs, qui omnes ſeipſos excuſaverunt, nec non quòd idem Deſervitor perſeveret & manuteneatur in generali ſuſpectatione quam fecit de Archi-Epiſcopo Mechlinienſi, & item quòd ipſe D. Charliers aliquando in Concilio Brabantiæ cum effectu ſuſpectatus fuerit in cauſis ad dictum Dominum Deſervitorem vanden Neſſe, cognatum ſuum Germanum ſpectantibus. Quid plura?

Quid? quòd Spiritus ſanctus MATTHÆUM Evangeliſtam dirigens inſpirare-

Digitized by Google

rit qualiter CHRISTI Judicem PILATUM (abſit invidia exemplo) etiam poſt ſententiam ſuſpectare, coram Orbe univerſo deberet. Et tamen Cœleſtis Pater æternum Filium ſuum Pilato judicandum tradiderat, juxta illud Joannis 19. v. 11. *Non haberes poteſtatem adversùm me ullam, niſi tibi eſſet datum deſuper. Propterea qui me tradidit Tibi, majus peccatum habet.*

MATTHÆUS Evangeliſta ſuſpectationis cauſas exponit publicas, quas ipſe *Pilatus* reputaverat honeſtas, quæ tamen Imperatori Tiberio viſæ fuerunt tam peremptoriæ, ut *Pilatum* puniendum, & CHRISTUM Divorum Albo inſcribendum crediderit, quemadmodùm ex pervetuſto *Tertulliano* diſcimus: Agnoverat enim *Pilatus* innocentiam; turbatus fuerat voce populi, *ſi hunc dimittis, non es amicus Cæſaris* Joan. 19. v. 12. Nec auſcultaverat illi, de quâ *Matthæus* cap. 27. v. 19. ſcribit: *Miſit ad eum Uxor ejus, dicens: nihil tibi, & juſto illi. Multa enim paſſa ſum hodiè per viſum propter eum.*

Si Uxor dixiſſet, *multa enim recepi hodiè propter ipſum in crumena*, fuiſſet magna tentatio; verumtamen debuiſſet in illo caſu Uxorem, cauſamque quam commendaſſet, de corruptione ſuſpectam habere: ſed cùm credere nollet viſioni, cujus ipſa teſtimonium dabat; ſunt qui exiſtimant, hanc etiam cauſam à *Matthæo* enarratam, ad repellandam *Pilati* excuſationem de qua ibidem v. 24. *Acceptâ aquâ lavit manus coram populo, dicens: innocens ego ſum à ſanguine juſti hujus: vos videritis.* Itaque Evangeliſta docuit, ſimul ſtare, quòd ſententia tamquam ex Dei ordinatione permiſſa, patienter ſuſtineatur, & quòd poſteà declarentur rationes ſuſpectationis, quæ adduci potuerant.

Nihil contra Dominum *Charliers* per Patrem Deſirant adductum fuit, quod famam ejus vel honorem læderet. Eſt etenim notorium, & *D. Charliers* perquàm honeſtum reputat, quòd ſit cognatus Germanus præfati Licentiati *Guilielmi vanden Neſſe*, Eccleſiæ D. Catharinæ Bruxellis Deſervitoris, qui maximum intereſſe habebat in cauſa: ad illum enim Epiſtola de 10. Januarii 1707. ſignata Z.B.V.E. cum introcluſo Formulario inſcripta & deſtinata fuerat. Ipſe eam ſub initio menſis Martii ſubſequentis Lovanium remiſerat: & duo Notarii teſtati fuerunt, ſignaturam fuiſſe vitiatam. Eſt etiam publicum, quòd præfatus D. *Charliers* in rebus ad dictum cognatum ſuum germanum ſpectantibus, fuerit aliquando coràm Brabantiæ Concilio cum effectu ſuſpectatus. Suſpectationis cauſa quæ vel ex arcta cum parte litigante amicitia, vel ex ſanguinis conjunctione petitur, nullatenùs eſt offenſiva. Nequaquam hîc in parte peccatum fuit.

Pariformiter nihil indecori, aut occulti objectum fuit Domino *Corſelio.* Erat publicum & juſtum, ut ſtante conflictu Juriſdictionis inter Conſilium Brabantiæ, quod tuebatur authoritatem Laïcam, & inter Univerſitatem Lovanienſem, quæ ſuſtinebat jura Tribunalis Eccleſiaſtici, ubi agebatur de judicando Sacerdote, ſaltem exactè ſervaretur præſcripta à Concilio Statûs moderatio, juxta quam Rector Univerſitatis debuerat ſtatuere duos Aſſeſſores, qui Juriſdictionem Eccleſiaſticam tuerentur. Nulla eſt infamia, nullum dedecus, quòd apertè dicatur, Dominum Corſelium non fuiſſe tunc Academicum, ſed Aſſeſſorem Per-Illuſtris D. Conſervatoris, actu occupatum ſuſti-

Digitized by Google

nendo litem adhuc pendentem, de Univerſitatis juriſdictione, ad ſtatuendum Secretarium Conſervatorialem in locum defuncti Domini *Vandernoot*.

Non eſt etiam diffamatorium, vel ullâ ratione indecens quòd eidem Domino *Corſelio* cum debita reverentia diceretur, quòd non potuerit ignorare, ſe, poſtquam ſtatutus fuiſſet Aſſeſſor Rectoralis, extitiſſe evectum ad Statum Conſiliarii Brabantini, & ſe veluti talem, antequam ſententiæ, vel ſcripturarum lecturæ interveniſſet præſtitiſſe juramentum ſolitum, in quo involvebatur obligatio ſuſtinendæ juriſdictionis laïcæ Concilii Brabantiæ. Nulla ei injuria irrogatur, modeſtè indicando, quòd non eſſet compatibilis voluntas, in eadem cauſa aſſerendi authoritatem Tribunalis Eccleſiaſtici Lovanienſis, & ſimul laïcam præfati Concilii. Libenter ſeligemus terminos ſubmiſiſſimos, ad ei reverenter exponendum, quòd ipſo momento quo factus fuerat Brabantiæ Conſiliarius, de jure & facto corruerit Aſſeſſoratus, quem ab Eccleſiaſtico Rectore acceperat; & hoc præſertim, flagrante præfato conflictu juriſdictionis.

Fundamentum juriſdictionis ejus erat conſtitutio per Rectorem facta, in perſonam aptam repræſentare Judicem Eccleſiaſticum, contra Civile Tribunal legitimè certantem: Statim ergò deſiit Aſſeſſor eſſe, tempuſque Deputationis ejus ipſo jure & facto ceſſabat, ſive, ùt juriſperiti loquuntur, *inſtantia erat perempta.* Exemplum ponunt in judice qui *ſententiam dixiſſet tempore quo jam finierat Magiſtratus*, juxta textum in legem *Pars litterarum* ff. *de Judiciis*, *& legem Paulius* in prin. ff. *de Condit. & demonſtra.* Apud Sebaſtianum Vantium Tract. *de Nullitatibus* in Tit. *de Nullitate ex defectu* art. 112. ubi dicit art. 125. *Et quandocumque perempta fuerit inſtantia, Judex* ETIAM PARTE NON OPPONENTE *debet in cauſa ſuperſedere:* ùt docet Alex. in co. 9. *vertitur lis.* In princ. lib. 5. *per no. in legem primam* Cod. *ut quæ deſunt* ad vo Ita ut contendi poſſit, adfuiſſe hìc juriſdictionis nullitatem, de qua Vantius ibid. art. 6. dicit: *Conſuevit etiam reputari irreparabilis, & inſanabilis defectus ſecundùm modernos*, in tractatu de lit. grat. & inſtit. fol. 145. & d. ſerven. in Comp. ſuper Regul. de non judi. & c. fol. 181. primâ facie, *& propterea ab ea valdè præcavendum erit*, inquit.

Nec poteſt objici quòd P. Durant in judicio hanc exceptionem non allegaverit, mediante ſaltem aliquâ proteſtatione: præterquam enim quòd violenter impeditus fuerit nè faceret, jura inſuper ipſi favent, juxta quæ (præfatum Vantium teſtor) *& in caſu iſto, cùm impedimentum proveniat ab ipſo Judice, non erit à parte proteſtatio aliqua fienda, nec fides ſuper hoc exhibenda: cùm facti proprii non poſſit ignorantia aliqua prætendi l. Quicquam* & ubi Gloſſa ff. *ad Senatus-conſ. Vellei.* & l. *falſum.* Et ibi Gloſſa *de Acquirenda hæreditate* Capitulo *de Excommunicat.* Extra de Reſcript. ita conclu. Franc. in Capitul. *ex ratione* in VI. Columna. *de Appella.* Poſt Bald. & Alexan. in l. properandum §. *ſin autem utraque* C. de Jud. *Refert & ſequitur* Afflict. deciſ. I. columna tertia in fin. & deciſ. 29. prima col. *& pro facit id quod ponit Deciſ. in Conſil.* 356. *in cauſa Dominæ Mariæ, in tertia parte, & Roma Conſil.* 87. *patet numero* 2.

Cùmque ſuprà oſtenderimus, omneſque in eo conveniant, quòd ſuſpecta,

Digitized by Google

tio Judicis, quæ fundatur in arcta amicitia cum parte, nihil præjudicii adferat ſuſpectato (Nemo enim debet ægriùs ferre quod objiciatur ei amicitia quam colit) hinc planiſſimè ſequitur, nullum prorſùs offenſionis locum futurum eſſe ſi modeſtè retulerimus, quòd Lovanii nihil ſit notius, quàm quod D. Corſelius & Doctor van Eſpen tam longam inter ſeſe coluerint amicitiam, ut in neceſſitudinem abiiſſe dicatur.

De Domino Licentiato Guilielmo Leunckens recuſato & ſuſpectato, prout in Apologia oſtenſum fuit, dictum eſt ſatis: Niſi forſan ad abundantiorem elucidationem adducendum ſit illud, quod citatus Vantius, cum authoribus omninò omnibus aſſerit ibidem art. 140. *& eo ipſo quòd probabilis cauſa ſuſpicionis adverſus judicem legitimè proponitur*, EJUS JURISDICTIO ITA SUSPENDITUR, UT SI ULTERIÙS PROCESSERIT, TALIS PROCESSUS EX DEFECTU POTESTATIS SUÆ, ETIAM CITRA APPELLATIONIS REMEDIUM ERIT NULLUS, *ſecundùm communem ſcribentium opinionem*, per text. in cap. *ſuſpicionis* in prin. & cap. *Paſtoralis* §. *prætereà* in fi. cap. *Judex de officio dele.* cap. *Judex* eod. titul. in VI. l. Prima C. *ſi qua prædit. poteſt. & tenet. Hoſtien.* in ſumma. *de Recuſa.* §. fin. ſpecul. eod. titul. §. *Qualiter autem* poſt prin. *Eandem tenet* Gloſſ. in Capitul. *quod ſuſpecti* iij. quæſt in verb. Canonicè. & Gloſſ. in Capit. *Quoties Epiſcopi* ij. quæſt. 6. & *idem Hoſtien.* & *Panor.* in d. Capitulo, *cùm ſit ſpeciale.*

Qualiter ſuſpectatio adverſùs D. Guilielmum Leunckens fuerit propoſita, & ex quibus cauſis, in Apologia ſufficienter oſtenſum fuit.

Die 2 Novembris ſubitò, & à tergo, non monito Patre Deſirant aut Procuratore ejus, clam diſceſſerat Bruxellas, cum Actis litium incidentalium nondum plenè inſtructarum, non facto ullo inventario, ſtante appellatione, & recuſatione, & ſuſpectatione, ita ut Pater Deſirant coactus fuerit eâdem die 2. Novembris novam ſuſpectationem & recuſationem facere, quæ fuit poſita ad Rotam, & inſuper per expreſſum Bruxellas miſſum dicto D. Leunckens ibidem per Notarium Van Damme inſinuata, cujus hæc eſt relatio: *Infraſcriptus Notarius hiſce declarat, & certificat quòd hâc tertiâ Novembris* 1707. *ante prandium duabus vicibus iverit ad Tabernam Thenas dictam in hâc Urbe Bruxellenſi ubi hoſpitatus erat Dominus Doctor Leunckens* (eſt erratum in elogio) *ad ipſi inſinuandam Actam Originalem proteſtationis ſignatæ F. Bernardus Deſirant S. Th. D. & Franciſcus d'Herbe, & cùm exiviſſet, dictam Actam, cujus hic eſt annexa copia, reliqui in manibus famuli domeſtici, & acceptavit: quod atteſtor M. van Damme Not.* Et ipſe D. Leunckens ſtatim ut hanc Actam accepiſſet, acceſſit prædictum expreſſum, & ſe recepiſſe agnovit: & P. Deſirant hujus ſuſpectationis & recuſationis notitiam dedit Dominis de Juncta, per ſcripturam, cui titulus *Advertentia.*

Hiſce omnibus, & pluribus aliis quæ brevitatis causâ differuntur, non obſtantibus, ſuſpectatio fuit neglecta, non fuit examinata, multò minùs legitimè rejecta, ſed D. Guilielmus Leunckens intrepidè perrexit & unà cum aliis ſubſequenti die 4. & 5. Novembris ſupradictas quinque ſententias tulit, eâdemque ſuſpectatione ſtante, intervênit etiam ſententiæ principali quæ die 18. Maii 1708. concepta fuit.

Digitized by Google

Ut autem violentiæ, in hac cauſa centies adhibitæ vis penetretur, non tantùm D. Guilielmus Leunckens injectam, & debitè inſinuatam ſuſpectationem contempſit, verùm etiam Adverſarii, quando D. Cancellarius deputaverat D. Conſiliarium Leſcornet, hunc Dominum Leſcornet, cùm ſcirent ſe cauſam non habere legitimam, ſuſpectaverunt à tergo, ſine ullo inſtrumento, ſine ulla forma, & effecerunt ut ejus Deputatio, nullâ allegatâ cauſâ, caſſaretur, & non per Cancellarium, ſed per aliam viam ſubſtitueretur, quem unicè rogaverant D. Conſiliarium De Bye. Combinentur iſta à Romano-Catholicis.

Itaque juxta omnes authores, in Canonibus atque Legibus fundatos, ſola tam partialis Domini Leunckens interventio ſufficit, ut omnis & tota ſententia ſic lata, habeatur pro nulla, irrita, & inani.

Nec debet homo tot titulis ſuſpectus, & toties legitimè ſuſpectatus reputari aut tractari ùt Judex, ſed tamquàm particularis, in ſummo gradu, & uſque ad exceſſum partialis, qui per fas nefaſque ſe intruſit.

Res ſimiles carent exemplo, & non tantùm Pontificis ac Regis, ſed Dei etiam judicia requirunt. Si unam nullitatem vel injuſtitiam objiceremus, poſſent effugia quæri, ut hæc facta appellarentur errata. Jam verò ſi res tota expendatur à principio uſque ad finem, non eſt niſi continuatio malignitatum, perpetua Canonum, & Legum infractio, centum injuſtitiæ, & ſi omnes enumeremus, plures quàm quinquaginta nullitates. His nempè tot & tantis opus erat ad perdendum in præſentibus calamitatibus Sacerdotem Romano-Catholicum.

PERORATIO
AD LECTOREM.

NEoterica quorumdam Juriſprudentia tum per imperitiam, tum per malitiam eò venit, ut leges *de nullitatibus* inter abrogatas recenſeant, putantes ſatis eſſe ſi quocumque modo damnatus extiterit, qui juxta illorum placita damnandus fuit. Ita ſcilicet Juſtitiæ telam non in Judicii ordine, ſed caſu locant; non advertentes quantùm licentia hæc Innocentiæ ſit fatalis, cùm veritas, quæ juſtitiæ baſis eſt, non caſu, ſed Regulis invenienda atque decernenda ſit. Plus equidem fecimus, dum in APOLOGIA Innocentiam demonſtravimus malè accuſatam, in CONCORDANTIA Reatum accuſantium, in ſcripto autem hoc nullitates condemnationis tabulas publicantium. Judicet Orbis terrarum, nunc per me licet, quouſque Janſeniſtarum libido adulteratæ ſanctitatis Philacteria dilataverit. Propriarum litterarum falſationem ſuppoſuerunt, non probaverùnt. Unicum produxerunt in propria cauſa jurantem, nimirùm Z. B. V, E. poſtquàm per juratorem alium præviè fuerat accuſatus. Quòd accuſator juratus, Petrus Nicolaus Tourteau poſteà variaverit, & ſe tum perjurum, tum falſi Reum dixerit, nullam probationem facit. Hæc enim illius retractatio tum minis tum promiſſis extorta ad ipſum condemnandum ùt confitentem valeat quantum valere poteſt, cùm tamen non fuerit jurata, valere non potuit ad abſolvendum accuſatum Z. B. V. E. & quamquam jurata fuiſſet, non valuiſſet ad probandam falſationem. Certè nullo modo, ad probandum quòd Pater Deſirant illius fuiſſet vel Author vel Concurſor. Accuſatio fuit jurata. Omnis probatio contraria defecit. Nec eſt probatum quòd Z.B.V.E. ſit innocens, nec eſt probatum, quòd litteræ Z. B. V. E. ſint falſatæ, nec eſt probatum quòd Pater Deſirant ad ullam falſationem concurriſſet, aut illam ſciviſſet. Dato enim ſed non conceſſo, quòd accuſatore variante defuiſſet probatio ad condemnandum Z.B.V.E. nulla tamen probatio adfuit ad juridicè definiendum, inſtrumenta falſata fuiſſe. Econtra ubi omnes conſentiunt, quòd infauſtus Petrus uſque in finem perſtiterit, ſe, ſive verè, ſive falsò, ſub juramento accuſaſſe, idemque apud Confeſſarium ſuum præſtitiſſe ſub ſacramentali confeſſione, omnes debent conſentire, Patrem Deſirant juſtam ipſi credendi cauſam habuiſſe. Hoc negantibus vel impugnantibus neceſſaria erat probatio, non ſufficiebat ſuſpicio, præſertim in criminalibus ubi jura omnia probationem exigunt luce meridianâ clariorem. Sed P. Deſirant agnovit ſe litteris *uſum eſſe*, inquiunt. Cur autem non adjiciunt, quòd fatentur ipſum adjeciſſe ſemper, *in bonum finem*, & *bonâ fide*, & prout agnoſcunt, ſemper explicaſſe, *examinando*, & *pro ſola informatione mittendo ad altiores Poteſtates*? Uſus hic non erat vetitus, ſed præceptus. Erat laudabilis, non criminabilis, præmium non pœnam merens. Zoëſium cum omnibus Canoniſtis atque Juriſtis teſtor, ubi ſcribunt *de crimi-*

Digitized by Google

ne falſi. Examinare monetam, num proba ſit, illamque velut talem qualem ad rei monetariæ Præfectum mittere ut informetur, non eſt monetâ adulterinâ abuti, ſed rei adulteratæ uſum præſtare legitimum, ut nemo abutatur. Non eſt uſus adulterinus quicumque apud Superiores adhibetur pro examine. Adulterationem prohibet & impedit, qui rem adulteratam examinandam tranſmittit. *Nec litteris uſus eſt, poſtquàm eas falſas eſſe cognovit*, inquit Capitulum *Accedens* ꝫ de crimine falſi. Prætereà, Capitulum *ex Conſcientia* eodem titulo, obſervat, Actorem accuſando *obligaſſe ſe ſub periculo Cauſæ, quòd litteras illas falſas eſſe probaret.* Utrumque in hac cauſa defecit. Nec probatum fuit litteras illas falſas eſſe, quin econtrà rogaverunt eas comburi, nè coram ullo legitimo judice probaretur fuiſſe veras. Nec probatum eſt quòd Pater Deſirant litteris uſus fuerit poſtquàm eas falſas eſſe cognovit, econtrà nè jam quidem cognoſcit litteras falſas eſſe. Unicum habent, quòd ſit convictus examinaſſe & ad Superiores tranſmiſiſſe. Quod ad fictam fictionem, vel interceptionem concurriſſet, aut fictionem ſerviſſet, miſera ſuſpicio objicitur; & hæc ſola allegatur. Tranſmiſſio fuit innocua, ubi fictio fuit ignorata.

Unuſquiſque nunc dignetur ſemetipſum introſpicere, in corde iſto, in iſto pectoris penetrali, atque ſi judicaverit, ſe rationabiliter poſſe tam crudeliter ex ſuſpicione damnari, imminens ſibi exitium expendat, & tunc primùm in *Patrem Deſirant* jaciat primum lapidem, & ſubſcribat huic legi talionis, *quicumque judicaverit aliquem ex ſuſpicione damnandum eſſe, legem ferat quam tulerit, cunctorumque criminum de quibus ſuſpectus fuerit pœnas luat, tamquam convictus quòd ex ſuſpicione damnandum cenſeat.*

FINIS.

Digitized by Google

ERRATA SIC CORRIGE.

paginâ 11.	lineâ 41.	dediſſet.	lege, dediſſent.
pag. 13.	lineâ 23.	articulo 19.	lege, articulo 29.
pag. 18.	lineâ 1.	atteſtatione.	lege, atteſtationes.
ibidem.	lineâ 35.	Schedulæ.	lege, Schedula.
pag. 21.	lineâ 33.	intollerabile,	lege, intolerabile,
pag. 22.	lineâ 2.	Deſervatori.	lege, Deſervitori.
ibidem.	lineâ 34.	qui.	lege, quæ.
pag. 33.	lineâ 24.	vellet.	lege, vellent.
ibidem.	lineâ 36.	æternis.	lege, extremis.
pag. 34.	lineâ 42.	in quantum.	lege, in quantum opus.
pag. 37.	lineâ 36.	conformentur	lege, confirmentur.
ibidem.	lineâ 38.	*Manichæis.*	lege, & *Manichæis.*
pag. 38.	lineâ 6.	calleat.	lege, callent.
ibidem.	lineâ 21.	Ex hâc verò ſequelâ,	lege, Ex talibus verò Junctis,
pag. 39.	lineâ 36.	*toto.*	lege, *toti.*
pag. 40.	lineâ 18.	heberi.	lege, haberi.
ibidem.	lineâ 41.	loquuntur.	lege, loquimur.

Digitized by Google

APPENDIX
SIVE
COMPENDIUM CAUSÆ.

Eximii Patris Bernardi Deſirant, *Doctoris Lovanienſis, Hiſtoriographi Regii, Hiſtoriarum Profeſſoris Publici, & Sacræ Facultatis Theologicæ Regentis &c.*

Ex tribus Libris ejus, APOLOGIA, CONCORDANTIA, & DE NULLITATIBUS.

SUb finem anni 1706. & in principio 1707. occaſionaliter ad *Patrem Deſirant* venit, anteà ipſi ignotus, *Petrus Nicolaus Tourteau,* Scriba, vir conjugatus, mento barbato ætatem præ ſe ferens annorum ut minùs triginta, cùm tamen tantummodo attigiſſet annum ætatis circiter vigeſimum. Hunc noverant Janſeniſtæ (Apol: cap. 3.) cum verò familiaris eſſet apud D. *Guilielmum Leunckens* tunc Univerſitatis Rectorem, pro quo varia ſcribebat, & quia pro Patre ſuo *Nicolao Tourteau,* Procuratore permittebatur comparere in judiciis, hinc apud Patrem Deſirant fidem invênit.

Hic totus ſerius & afflictus retulit, ſibi fuiſſe à ſuo Confeſſario, quodam P. Minorita, injunctum, ut revelaret atrociſſimam quamdam Doctoris *Zegeri Bernardi van Eſpen* cum ſuis, contra Romanam Eccleſiam, conſpirationem; ad cujus executionem ipſe Petrus varia ſub illius dictamine, pro pane lucrando ſcripſiſſet, quamquam nunc, animæ ſuæ ſalutem præferens, rem ſuo Confeſſario aperuiſſet, cui parêre vellet. Cumque Sacra Facultas Theologica ex officio ſimilibus invigilaret, & P. Deſirant eſſet illius Regens, Petrus declarabat ſe credere quòd per præſentem denuntiationem ſecretam, ſuæ conſcientiæ ſatisfaceret. Ita pluries verbo, & die 27. Ianuarii 1707.

ſcripto declaravit coram ejuſdem Facultatis Bedello & Notario Apoſtolico Hieremia van Dormael. Actam vide retro Adverſariorum Concluſionem finalem. Pag. 3. & art. 604.

Petrus hoc modo die 10. Ianuarii 1707. attulit Epiſtolam ſua manu ſcriptam, ſub dictamine, ut dicebat, dicti Doctoris *Van Eſpen*, qui ſignaverat quatuor nominis ſui litteris initialibus Z. B. V. E. (Apol: cap. 6. §. 2. & Concordantia pag. 41. & 42.)

Inſcriptio erat ad D. Licentiatum *Guilielmum vanden Neſſe*, Paſtorem (Deſervitorem dicere debuit) S. Catharinæ Bruxellis.

Contentum tractabat de confœderatione Ianſeniſtarum inter ſe, ad tuendas præclaras Ianſenii propoſitiones, ad non admittenda ulla Decreta Miniſtri Apoſtolici, & ad ſe declarandos paratos adſcribi numero civium Amſtelodamenſium, ut frui protectione Hollandica valerent. Hic eſt Breviculus Formularii quod mittebatur ſignandum à variis, quorum nomina in dicta Epiſtola Z. B. V. E. exprimebantur. Vide inſtrumenta in Concordantia cap. 6.

Inſtrumentorum denuntiatorum ſinceritatem examinans P. Deſirant, ſtatim eadem die 10. Ianuarii juſſit, ut Petrus copiam deſcriberet, quatenus apud ſe videret, qualiter Petrus ſua ſponte dictas quatuor litteras Z. B. V. E. formaturus eſſet. Sed illas præcisè in copia formavit alio modo: prout in Judicio monſtratum fuit. (Apol: c.6. §.2.)

Prætereà P. Deſirant ſecretò adhibuit duos Notarios Publicos ſeorſim, qui dixerunt, & in judicio depoſuerunt, ſe, qui D. *Zegeri* charactêrem optimè noverant, judicaſſe, dictam Epiſtolam ab ipſo verè ſignatam fuiſſe. (Apol: c.6. §.3.)

~~Petrus equidem Epiſtolam [illegible], ſed uno die ſeriùs~~ (Ibid. §. 4.)

D. van Eſpen Bruxellas Profectus, indè copiam Epiſtolæ deſtinatæ Lovanium remiſit, quam Licentiatus Opſtraet die 22. Ianuarii evulgavit dicens, Originale eſſe Bruxellis, ignorari characterem, & oſtendi Copiam ad detegendum Authorem. (Apol: pag. 62.)

Sacra Facultas Theologica, ad ſedandam commotionem indè inter Theologos ortam, pluries requiſivit, & ordinavit, ut dictus Licentiatus reproduceret Originale, quippe cùm impoſſibile foret, Authorem Scripturæ Originalis cognoſcere ex Copia. (Ibid. pag. 63.)

Ille verò perſtitit, Originale non eſſe monſtrandum niſi Bruxellis, ob graviſſimas rationes, idque à dicto *Vanden Neſſe*, ſi Facultas Sacra ſuos eò mitteret. Facultas reſpondit ſe miſſurum, dummodò dictus *Vanden Neſſe* præviè juraret ſe Originale oſtenſurum prout ipſi deſtinatum fuerat. (Ibid. pag. 68.)

Auditâ exactione hujus juramenti, ſtatim graviſſimæ illæ rationes ceſſârunt. Deſervitor *Vanden Neſſe* Originale miſit ad Dominum *Van Eſpen*, & præfati duo Notarii in judicio depoſuerunt, aliquas ex quatuor præfatis litteris, quas anteà, ut dictum eſt, viderant, rediiſſe adulteratas. Cogita Lector, quid inde ſequatur. (Apol: cap. 6. §. 5.)

Eodem modo Petrus die 27. Ianuarii attulit, & tum verbo, tum ſcripto denuntiavit faſciculum litterarum, cui erat incluſa Copia Libri Reſolutionum. (Apol: cap. 7.)

Modus

Digitized by Google

Modus quo ſe dicebat hunc faſciculum inveniſſe in Doctoris van Eſpen Granario, apparebat ſuſpectus; verumtamen non poterat Petrus de falſitate convinci, præſertim quia Libri Reſolutionum contentum apparebat veriſſimum, in omnibus ſuis articulis, & conforme moribus Ordinariis dicti Doctoris *Van Eſpen*, quem conſtat à triginta annis impugnaſſe Sedem Apoſtolicam, & ſub ficto nomine *Fratris Antonini* foviſſe malas partes, ad tuendas varias novitates. (Apol: cap. 7. §. 1.)

Quod maximè apparuit in ultimo ſchiſmate Miſſionariorum, in Hollandia lapſorum, cujus incentorem fuiſſe Doctorem van Eſpen oſtenditur (Apol: pag. 104.)

Idem Doctor Miſſionarios lapſos in errore confirmat, & ut contemnant excommunicationem hortatur per *Tractatum Hiſtorico-Canonicum de Cenſuris Eccleſiaſticis*, recenter impreſſum.

Præterea die 14. Feb. 1707. præfatus *Nicolaus Tourteau* Pater *Petri Nicolai* familiariter acceſſerat Dominum *Van Eſpen*, & hic ei inter alia *quaſi ſubingemiſcens dixerat, tuus filius! tuus filius! ego timeo, ego timeo.* Ita dictus Nicolaus ſcripto declaravit. (Apol: cap. 14. §. 2.)

Die 15. Februarii Patrem Deſirant acceſſit doctiſſimus Pater *Mathias Grauwels* S. Scripturæ Lector, ex Ordine PP. Minoritarum, qui tunc & diebus ſequentibus declaravit ſe illum Confeſſarium eſſe, & de prævia Petri Licentia extra confeſſionem tum verbo, tum ſcripto data, rem totam tamquam indubitatam, Patri Deſirant tam verbo, quàm ſcripto expoſuit, prout poſtea in judicio conſtitit. (Apol: cap. 15. §. 2.)

Die 16. Februarii manè R. P. Leopoldus à S. Thereſia Carmelita Diſcalceatus miſſus fuit ad Dominum Van Eſpen, occaſione Petri qui Patri *Deſirant* amarè conquerebatur, ſe minas & verbera pati, eò quòd non reſtitueretur liber Reſolutionum. (Ibid. §. 3.)

Hic P. Leopoldus Rogavit dictum D. *Van Eſpen* ſub prævio ſecreto tamquam ex Sacramentali Confeſſione originem trahenti, num faſciculus cartarum eſſet ſuus, promittens reſtitutionem ſi ſuum diceret, vel combuſtionem, ſi ſuum negaret. (Ibid. §. 4.)

At verò dictus van Eſpen ſe illa die & ſequentibus ita illaqueàvit, ut neutrum volens categoricè dicere, per plurima indicia monſtraverit, faſciculum ſuum eſſe. (Ibid. §. 5.)

Eadem die 16. Februarii Veſperi idem Petrus Nicolaus Tourteau Patri *Deſirant* attulit faſciculum Litterarum apertarum, ſcriptarum à quodam Theologo Hollando nomine *Henrico Graſper*. Faſciculus erat inſcriptus D. *Jacobo Ignatio Krys* Amſtelodami. Dicebat Petrus coram *R. P. Franciſco d'Herbe*, Se faſciculum accepiſſe apud curſorem ex ordinatione D. *Guilielmi Leunckens* qui tunc erat Rector Univerſitatis, & cui Petrus ſciebatur eſſe familiaris; & varia apud ipſum ſcribebat. Secundum ſimilem faſciculum attulit die 20. & tertium die 23. Februarii. (Apol: cap. 15.)

Contentum harum Litterarum erat idem cum aliis, quas Petrus anteriùs in menſe Ianuario attulerat. Conſpiratio erat maniſeſtiſſima. Una confirmabat alteram. (Apol: cap. 19.) Vide etiam Concordantiam per totum.

In omnibus his P. Deſirant nihil alind fecit, quàm quòd ſecretò examinaverit

 rit

Digitized by Google

rit ex officio argumenta pro & contrà, miſeritque Copias ad altiores poteſtates, nimirum Internuntium Apoſtolicum, & Archiepiſcopum Mechlinienſem, nec accuſans, nec denuntians, ſed ſecretò referens argumenta, addens quòd res examinaretur. (Apol: cap. 20.)

Res tandem, non tamen per Patrem Deſirant, delata fuit ad judicium Rectoris Univerſitatis, & Petrus Nicolaus Tourteau citatus & interrogatus, ſub juramento depoſuit, ſe dictam Epiſtolam in judicio jacentem, de 10. Januarii, ſcripſiſſe ſub dictamine Doctoris Zegeri Bernardi Van Eſpen, in ipſius Bibliotheca, & quòd dederit ei calamum ad ſubſignandum, prout in ſua præſentia fecit, per quatuor Litteras Z. B. V. E. Hæc depoſitio jurata, fuit tam circumſtantionata, ut ipſe Advocatus Fiſcalis *Henricus Malcorps*, licèt totus ſemper fuiſſet de illius Doctoris parte, ſeriò protulerit hæc verba, *Dien leck en ſullen de Janſeniſten noyt afwaſſchen*, id eſt, *Hanc maculam Janſeniſtæ numquàm eluent.* (Apol: cap. 23. §. 4.)

Statim totus Janſeniſmus convênit, & D. *Henricus Malcorps* mox ſe aliter informatum dixit. D. *Guilielmus Leunckens*, qui erat Rectoris Aſſeſſor, ejuſdem ſenſûs fuit &c. & D. *Van Eſpem* ſimpliciter admiſſus eſt ad jurandum contrarium, & hoc ſolo declaratus eſt Innocens. (Ibid. §. 5.)

Petrus Tourteau tamquam prætenſè Reus juſſus apprehendi recurrit ad Carmelitas Calceatos pro azylo. (Ibid. §. 6.)

Duo Doctoris Van Eſpen confidentiſſimi, D. D. *Vivien*, & *Verniel* die 19. Martii & ſeqq. cum minis, & poſtea promiſſionibus aggreſſi ſunt, ut revocaret. (Ibid. §. 7.)

Secuta ſunt dona, & Petrus revocavit. Numquam tamen ſub juramento contrario. Undè primum juramentum de jure adhuc ſtat immotum. (Ibid. §. 8.)

Quartò variavit, donec partialiſſimi cauſæ inſtructores arripuerunt depoſitionem Doctori *Van Eſpen* magis faventem.

In quarta variata ſua depoſitione Petrus non juratus depoſuit, priora ſcripta de menſe Januario, à ſe conficta fuiſſe, & quòd Pater Deſirant concurriſſet ad fictionem, & quòd induxiſſet ad interceptionem Litterarum Henrici Graſper, & quod Copias miſiſſet ad præfatas altiores Poteſtates. In fine tamen cauſæ, rediit ad primam ſuam depoſitionem non juratam, ſive reſponſionem perſonalem, in qua Patris Deſirant innocentiam, & culpam ſuam agnovit. (Apol: pag. 5.)

Hoc ſolo fundamento Doctor *Van Eſpen* à ſolis ſuis adhęrentibus, inter quos nonnulli complices, innocens fingitur, & P. *Deſirant* coram inimicis in judicium vocatus fuit, tamquàm qui concurriſſet ad Litterarum de menſe Januarii prętenſam fictionem, & ad Litterarum Henrici Graſper in menſe Februarii interceptiônem, & quòd omnium Copias ſecretò miſiſſet ad Internuntium Apoſtolicum, & Archiepiſcopum Mechlinienſem. (De nullitatibus, cap. 1. & per totum.)

Pater Franciſcus d'Herbe fuit pariter in reatum tractus, ut repelleretur à ferendo teſtimonio veritatis. Vicit litem, nec tamen juratò teſtari permiſſus fuit. (Apol: cap. 25.)

Similiter Adverſarii putaverunt in reatum trahere *Patrem Leopoldum à S. Thereſia*, ne & ipſe teſtari poſſet. (Apol: cap. 15. §. 5.)

Sed

Digitized by Google

Sed vicit veritas. Quam ut obfuſcaret Doctor Van Eſpen compoſuit Actam falſitatibus plenam, de 19. Aprilis 1707. quam bis in judicio juravit, tamquam judex in propria cauſa, & tamquam teſtis contra Patres Leopoldum, & Deſirant. Ibid. §.6.7.8.9.10.11.12.13.14 15.16.

Stante lite, cum Petro Nicolao Tourteau in gratiam rediit, & utriuſque colluſio detecta fuit. (Apol: cap. 23. § 9.)

Ad infringendam Petri depoſitionem quam contra Van Eſpen jurato fecerat, Petrus fuerat à dicto Van Eſpen accuſatus, & poſtea damnatus de perjurio & Sacrilegio confeſſo; & in ordine ad perdendum Patrem Deſirant idem Petrus fuit in eodem judicio habitus tamquam teſtis fide dignus. (Ibid.) Si in animo ſuo cogitaſſent, quòd Petrus reverà, die 5. Martii contra Doctorem *Van Eſpen* pejeraſſet, numquam ſanâ mente ipſius teſtimonium poſtea impendiſſent, vel ei benè feciſſent. Eſt ergo præſumptio juris, quòd ſciant illum tunc juraſſe veritatem, & quod ei gratias agant, tamquam obligati quod ſaltem ſine juramento revocaverit id quod antea juratus depoſuit. (Apol: c.23.§.9.)

Cauſa fuit inſtructa coram ſuſpectis Lovanii, quos etiam Pater Deſirant legitimè, ſed fruſtra ſuſpectavit, nam ne hoc quidem obtinere potuit, ut ſuſpectationes examinarentur. Negata fuit illi defenſio. Negata Copia depoſitionum quas teſtes fecerant, contra Cap. *qualiter & quando* ✠ de accuſationibus. Et, quod eſt inauditum, negati ſunt ei articuli ſuper quibus ipſe per 24. & amplius horas coactus fuerat reſpondere, prout etiam negati fuerunt articuli ſuper quibus fuerunt auditi & examinati teſtes. (Apol: cap. 24. §. 4. & §.10.)

Tunc viis aliis procuraverunt, ut cauſa quæ coram judice Eccleſiaſtico inſtructa fuerat, traderetur novo Tribunali laico, quod junctam vocant, compoſitam ex judicibus delegatis (Ibid. §. 11.) ſuſtinentes ſuſpicionem ſufficere, ut quis per talem Junctam condemnetur. (Ibid. §. 4.)

Hoc pacto emanavit Schedula quam ſententiam vocant de 18. Maii 1708. quâ P. Deſirant fuit declaratus ſuſpectus concurriſſe ad fabricationem Litterarum prætensè fictarum, & ſuſpectus concurriſſe ad interceptionem Litterarum Henrici Graſper verarum, & convictus Copias miſiſſe ad Internuntium Apoſtolicum, & Archiepiſcopum Mechlinienſem, ideoque omnibus officiis & beneficiis tam Eccleſiaſticis quam civilibus exutus & Patriâ pulſus fuit per non habentes hanc poteſtatem. Vide Librum de Nullitatibus.

Statim Adverſarii publicaverunt ſcriptum ſub titulo *Concluſionis Finalis* ſignatæ à D. *Henrico Malcorps*. (Apol: in præfatione.)

Pater Deſirant reſpondit per tres Libros. Primò in *Apologia* oſtendit ſuam Innocentiam, & vitia in inſtructione cauſæ commiſſa, & inter alia, quòd D. Van Eſpen in famoſa acta, ſuprà citatâ, bis juraſſet novem articulos, quos palam conſtat falſiſſimos eſſe, præſertim quòd primus Congreſſus quem habuiſſet cum P. Leopoldo incidiſſet in 12. Februarii 1707. cùm tamen ex pluribus circumſtantiis per conteſtes probatis, conſtaret, id factum 16. Februarii, quando P. Deſirant ipſi & Fratri ejus dederat Caſum aliquem conſcientiæ illa die ſignatum. (Apol: cap 15. §. 7.)

P. Deſirant addidit *Concordantiam*, reproducens Litteras *Henrici Graſper*, ex quibus probavit, has Litteras in Februario ſcriptas veras, convenire cum Lit-

PERORATIO
AD LECTOREM.

NEoterica quorumdam Juriſprudentia tum per imperitiam, tum per malitiam eò venit, ut leges *de nullitatibus* inter abrogatas recenſeant, putantes ſatis eſſe ſi quocumque modo damnatus extiterit, qui juxta illorum placita damnandus fuit. Ita ſcilicet Juſtitiæ telam non in Judicii ordine, ſed caſu locant; non advertentes quantùm licentia hæc Innocentiæ ſit fatalis, cùm veritas, quæ juſtitiæ baſis eſt, non caſu, ſed Regulis invenienda atque decernenda ſit. Plus equidem fecimus, dum in APOLOGIA Innocentiam demonſtravimus malè accuſatam, in CONCORDANTIA Reatum accuſantium, in ſcripto autem hoc nullitates condemnationis tabulas publicantium. Judicet Orbis terrarum, nunc per me licet, quouſque Janſeniſtarum libido adulteratæ ſanctitatis Philacteria dilataverit. Propriarum litterarum falſationem ſuppoſuerunt, non probaverunt. Unicum produxerunt in propria cauſa jurantem, nimirùm Z. B. V. E. poſtquàm per juratorem alium prævié fuerat accuſatus. Quòd accuſator juratus, Petrus Nicolaus Tourteau poſteà variaverit, & ſe tum perjurum, tum falſi Reum dixerit, nullam probationem facit. Hæc enim illius retractatio tum minis tum promiſſis extorta ad ipſum condemnandum ùt confitentem valeat quantum valere poteſt, cùm tamen non fuerit jurata, valere non potuit ad abſolvendum accuſatum Z. B. V. E. & quamquam jurata fuiſſet, non valuiſſet ad probandam falſationem. Certè nullo modo, ad probandum quòd Pater Deſirant illius fuiſſet vel Author vel Concurſor. Accuſatio fuit jurata. Omnis probatio contraria defecit. Nec eſt probatum quòd Z.B.V.E. ſit innocens, nec eſt probatum, quòd litteræ Z. B. V. E. ſint falſatæ, nec eſt probatum quòd Pater Deſirant ad ullam falſationem concurriſſet, aut illam ſciviſſet. Dato enim ſed non conceſſo, quòd accuſatore variante defuiſſet probatio ad condemnandum Z.B.V.E. nulla tamen probatio adfuit ad juridicè definiendum, inſtrumenta falſata fuiſſe. Econtra ubi omnes conſentiunt, quòd infauſtus Petrus uſque in finem perſtiterit, ſe, ſive verè, ſive falsò, ſub juramento accuſaſſe, idemque apud Confeſſarium ſuum præſtitiſſe ſub ſacramentali confeſſione, omnes debent conſentire, Patrem Deſirant juſtam ipſi credendi cauſam habuiſſe. Hoc negantibus vel impugnantibus neceſſaria erat probatio, non ſufficiebat ſuſpicio, præſertim in criminalibus ubi jura omnia probationem exigunt luce meridianâ clariorem. Sed P. Deſirant agnovit ſe litteris *uſum eſſe*, inquiunt. Cur autem non adjiciunt, quòd fatentur ipſum adjeciſſe ſemper, *in bonum finem*, & *bonâ fide*, & prout agnoſcunt, ſemper explicaſſe, *examinando, & pro ſola informatione mittendo ad altiores Poteſtates*? Uſus hic non erat vetitus, ſed præceptus. Erat laudabilis, non criminabilis, præmium non pœnam merens. Zoëſium cum omnibus Canoniſtis atque Juriſtis teſtor, ubi ſcribunt *de crimi-*

Digitized by Google

ne falſi. Examinare monetam, num proba ſit, illamque velut talem qualem ad rei monetariæ Præfectum mittere ut informetur, non eſt monetâ adulterinâ abuti, ſed rei adulteratæ uſum præſtare legitimum, ut nemo abutatur. Non eſt uſus adulterinus quicumque apud Superiores adhibetur pro examine. Adulterationem prohibet & impedit, qui rem adulteratam examinandam tranſmittit. *Nec litteris uſus eſt, poſtquàm eas falſas eſſe cognovit*, inquit Capitulum *Accedens* 11 de crimine falſi. Prætereà, Capitulum *ex Conſcientia* eodem titulo, obſervat, Actorem accuſando *obligaſſe ſe ſub periculo Cauſæ, quòd litteras illas falſas eſſe probaret.* Utrumque in hac cauſa defecit. Nec probatum fuit litteras illas falſas eſſe, quin econtrà rogaverunt eas comburi, nè coram ullo legitimo judice probaretur fuiſſe veras. Nec probatum eſt quòd Pater Deſirant litteris uſus fuerit poſtquàm eas falſas eſſe cognovit, econtrà nè jam quidem cognoſcit litteras falſas eſſe. Unicum habent, quòd ſit convictus examinaſſe & ad Superiores tranſmiſiſſe. Quod ad fictam fictionem, vel interceptionem concurriſſet, aut fictionem ſerviſſet, miſera ſuſpicio objicitur; & hæc ſola allegatur. Tranſmiſſio fuit innocua, ubi fictio fuit ignorata.

Unuſquiſque nunc dignetur ſemetipſum introſpicere, in corde iſto, in iſto pectoris penetrali, atque ſi judicaverit, ſe rationabiliter poſſe tam crudeliter ex ſuſpicione damnari, imminens ſibi exitium expendat, & tunc primùm in *Patrem Deſirant* jaciat primum lapidem, & ſubſcribat huic legi talionis, *quicumque judicaverit aliquem ex ſuſpicione damnandum eſſe, legem ferat quam tulerit, cunctorumque criminum de quibus ſuſpectus fuerit pœnas luat, tamquam convictus quòd ex ſuſpicione damnandum cenſeat.*

FINIS.

Digitized by Google

ERRATA SIC CORRIGE.

paginâ 11.	lineâ 41.	dediſſet.	lege, dediſſent.
pag. 13.	lineâ 23.	articulo 19.	lege, articulo 29.
pag. 18.	lineâ 1.	atteſtatione.	lege, atteſtationes.
ibidem.	lineâ 35.	Schedulæ.	lege, Schedula.
pag. 21.	lineâ 33.	intollerabile,	lege, intolerabile,
pag. 22.	lineâ 2.	Deſervatori.	lege, Deſervitori.
ibidem.	lineâ 34.	qui.	lege, quæ.
pag. 33.	lineâ 24.	vellet.	lege, vellent.
ibidem.	lineâ 36.	æternis.	lege, extremis.
pag. 34.	lineâ 42.	in quantum.	lege, in quantum opus.
pag. 37.	lineâ 36.	conformentur	lege, confirmentur.
ibidem.	lineâ 38.	*Manichæis.*	lege, & *Manichæis.*
pag. 38.	lineâ 6.	calleat.	lege, callent.
ibidem.	lineâ 21.	Ex hâc verò ſequelâ,	lege, Ex talibus verò Junctis,
pag. 39.	lineâ 36.	*toto.*	lege, *toti.*
pag. 40.	lineâ 18.	heberi.	lege, haberi.
ibidem.	lineâ 41.	loquuntur.	lege, loquimur.

Digitized by Google

APPENDIX
SIVE
COMPENDIUM CAUSÆ.

Eximii Patris Bernardi Deſirant, *Doctoris Lovanienſis, Hiſtoriographi Regii, Hiſtoriarum Profeſſoris Publici, & Sacræ Facultatis Theologicæ Regentis &c.*

Ex tribus Libris ejus, APOLOGIA, CONCORDANTIA, & DE NULLITATIBUS.

SUb finem anni 1706. & in principio 1707. occaſionaliter ad *Patrem Deſirant* venit, anteà ipſi ignotus, *Petrus Nicolaus Tourteau,* Scriba, vir conjugatus, mento barbato ætatem præ ſe ferens annorum ut minùs triginta, cùm tamen tantummodo attigiſſet annum ætatis circiter vigeſimum. Hunc noverant Janſeniſtæ (Apol: cap. 3.) cum verò familiaris eſſet apud D. *Guilielmum Leunckens* tunc Univerſitatis Rectorem, pro quo varia ſcribebat, & quia pro Patre ſuo *Nicolao Tourteau,* Procuratore permittebatur comparere in judiciis, hinc apud Patrem Deſirant fidem invênit.

Hic totus ſerius & afflictus retulit, ſibi fuiſſe à ſuo Confeſſario, quodam P. Minorita, injunctum, ut revelaret atrociſſimam quamdam Doctoris *Zegeri Bernardi van Eſpen* cum ſuis, contra Romanam Eccleſiam, conſpirationem; ad cujus executionem ipſe Petrus varia ſub illius dictamine, pro pane lucrando ſcripſiſſet, quamquam nunc, animæ ſuæ ſalutem præferens, rem ſuo Confeſſario aperuiſſet, cui parêre vellet. Cumque Sacra Facultas Theologica ex officio ſimilibus invigilaret, & P. Deſirant eſſet illius Regens, Petrus declarabat ſe credere quòd per prẹſentem denuntiationem ſecretam, ſuæ conſcientiæ ſatisfaceret. Ita pluries verbo, & die 27. Ianuarii 1707.

 ſcripto

Digitized by Google

ſcripto declaravit coram ejuſdem Facultatis Bedello & Notario Apoſtolico Hieremia van Dormael. Actam vide retro Adverſariorum Concluſionem finalem. Pag. 3. & art. 604.

Petrus hoc modo die 10. Ianuarii 1707. attulit Epiſtolam ſua manu ſcriptam, ſub dictamine, ut dicebat, dicti Doctoris *Van Eſpen*, qui ſignaverat quatuor nominis ſui litteris initialibus Z. B. V. E. (Apol: cap. 6. §. 2. & Concordantia pag. 41. & 42.)

Inſcriptio erat ad D. Licentiatum *Guilielmum vanden Neſſe*, Paſtorem (Deſervitorem dicere debuit) S. Catharinæ Bruxellis.

Contentum tractabat de confœderatione Ianſeniſtarum inter ſe, ad tuendas præclaras Ianſenii propoſitiones, ad non admittenda ulla Decreta Miniſtri Apoſtolici; & ad ſe declarandos paratos adſcribi numero civium Amſtelodamenſium, ut frui protectione Hollandica valerent. Hic eſt Breviculus Formularii quod mittebatur ſignandum à variis, quorum nomina in dicta Epiſtola Z. B. V. E. exprimebantur. Vide inſtrumenta in Concordantia cap. 6.

Inſtrumentorum denuntiatorum ſinceritatem examinans P. Deſirant, ſtatim eadem die 10. Ianuarii juſſit, ut Petrus copiam deſcriberet, quatenus apud ſe videret, qualiter Petrus ſua ſponte dictas quatuor litteras Z. B. V. E. formaturus eſſet. Sed illas pręcisè in copia formavit alio modo: prout in Judicio monſtratum fuit. (Apol: c.6. §. 2.)

Præterea P. Deſirant ſecretò adhibuit duos Notarios Publicos ſeorſim, qui dixerunt, & in judicio depoſuerunt, ſe, qui D. *Zegeri* characterem optimè noverant, judicaſſe, dictam Epiſtolam ab ipſo verè ſignatam fuiſſe. (Apol: c.6. §. 3.)

~~Petrus equidem Epiſtolam deſtinavit, ſed uno die ſeriùs~~ (Ibid. §. 4.)

D. van Eſpen Bruxellas Profectus, indè copiam Epiſtolæ deſtinatæ Lovanium remiſit, quam Licentiatus Opſtraet die 22. Ianuarii evulgavit dicens, Originale eſſe Bruxellis, ignorari characterem, & oſtendi Copiam ad detegendum Authorem. (Apol: pag. 62.)

Sacra Facultas Theologica, ad ſedandam commotionem indè inter Theologos ortam, pluries requiſivit, & ordinavit, ut dictus Licentiatus reproduceret Originale, quippe cùm impoſſibile foret, Authorem Scripturæ Originalis cognoſcere ex Copia. (Ibid. pag. 63.)

Ille verò perſtitit, Originale non eſſe monſtrandum niſi Bruxellis, ob graviſſimas rationes, idque à dicto *Vanden Neſſe*, ſi Facultas Sacra ſuos eò mitteret. Facultas reſpondit ſe miſſurum, dummodò dictus *Vanden Neſſe* prævię juraret ſe Originale oſtenſurum prout ipſi deſtinatum fuerat. (Ibid. pag. 68.)

Auditâ exactione hujus juramenti, ſtatim graviſſimæ illæ rationes ceſſârunt. Deſervitor *Vanden Neſſe* Originale miſit ad Dominum *Van Eſpen*, & præfati duo Notarii in judicio depoſuerunt, aliquas ex quatuor præfatis litteris, quas anteà, ut dictum eſt, viderant, rediiſſe adulteratas. Cogita Lector, quid inde ſequatur. (Apol: cap. 6. §. 5.)

Eodem modo Petrus die 27. Ianuarii attulit, & tum verbo, tum ſcripto denuntiavit faſciculum litterarum, cui erat incluſa Copia Libri Reſolutionum. (Apol: cap. 7.)

Modus

Digitized by Google

Modus quo ſe dicebat hunc faſciculum inveniſſe in Doctoris van Eſpen Granario, apparebat ſuſpectus; verumtamen non poterat Petrus de falſitate convinci, præſertim quia Libri Reſolutionum contentum apparebat veriſſimum, in omnibus ſuis articulis, & conforme moribus Ordinariis dicti Doctoris *Van Eſpen*, quem conſtat à triginta annis impugnaſſe Sedem Apoſtolicam, & ſub ficto nomine *Fratris Antonini* foviſſe malas partes, ad tuendas varias novitates. (Apol: cap. 7. §. 1.)

Quod maximè apparuit in ultimo ſchiſmate Miſſionariorum, in Hollandia lapſorum, cujus incentorem fuiſſe Doctorem van Eſpen oſtenditur (Apol: pag. 104.)

Idem Doctor Miſſionarios lapſos in errore confirmat, & ut contemnant excommunicationem hortatur per *Tractatum Hiſtorico-Canonicum de Cenſuris Eccleſiaſticis*, recenter impreſſum.

Prætereà die 14. Feb. 1707. præfatus *Nicolaus Tourteau* Pater *Petri Nicolai* familiariter acceſſerat Dominum *Van Eſpen*, & hic ei inter alia *quaſi ſubingemiſcens dixerat, tuus filius! tuus filius! ego timeo, ego timeo.* Ita dictus Nicolaus ſcripto declaravit. (Apol: cap. 14. §. 2.)

Die 15. Februarii Patrem Deſirant acceſſit doctiſſimus Pater *Mathias Grauwels* S. Scripturæ Lector, ex Ordine PP. Minoritarum, qui tunc & diebus ſequentibus declaravit ſe illum Confeſſarium eſſe, & de prævia Petri Licentia extra confeſſionem tum verbo, tum ſcripto data, rem totam tamquam indubitatam, Patri Deſirant tam verbo, quàm ſcripto expoſuit, prout poſtea in judicio conſtitit. (Apol: cap. 15. §. 2.)

Die 16. Februarii manè R. P. Leopoldus à S. Thereſia Carmelita Diſcalceatus miſſus fuit ad Dominum Van Eſpen, occaſione Petri qui Patri *Deſirant* amarè conquerebatur, ſe minas & verbera pati, eò quòd non reſtitueretur liber Reſolutionum. (Ibid. §. 3.)

Hic P. Leopoldus Rogavit dictum D. *Van Eſpen* ſub prævio ſecreto tamquam ex Sacramentali Confeſſione originem trahenti, num faſciculus cartarum eſſet ſuus, promittens reſtitutionem ſi ſuum diceret, vel combuſtionem, ſi ſuum negaret. (Ibid. §. 4.)

At verò dictus van Eſpen ſe illa die & ſequentibus ita illaqueávit, ut neutrum volens categoricè dicere, per plurima indicia monſtraverit, faſciculum ſuum eſſe. (Ibid. §. 5.)

Eadem die 16. Februarii Veſperi idem Petrus Nicolaus Tourteau Patri *Deſirant* attulit faſciculumLitterarum apertarum, ſcriptarum à quodam Theologo Hollando nomine *Henrico Graſper*. Faſciculus erat inſcriptus D. *Jacobo Ignatio Krys* Amſtelodami. Dicebat Petrus coram *R. P. Franciſco d'Herbe*, Se faſciculum accepiſſe apud curſorem ex ordinatione D. *Guilielmi Leunckens* qui tunc erat Rector Univerſitatis, & cui Petrus ſciebatur eſſe familiaris; & varia apud ipſum ſcribebat. Secundum ſimilem faſciculum attulit die 20. & tertium die 23. Februarii. (Apol: cap. 15.)

Contentum harum Litterarum erat idem cum aliis, quas Petrus anteriùs in menſe Ianuario attulerat. Conſpiratio erat manifeſtiſſima. Una confirmabat alteram. (Apol: cap. 19.) Vide etiam Concordantiam per totum.

In omnibus his P. Deſirant nihil aliud fecit, quàm quòd ſecretò examinave-

Digitized by Google

rit ex officio argumenta pro & contrà, miſeritque Copias ad altiores poteſtates, nimirum Internuntium Apoſtolicum, & Archiepiſcopum Mechlinienſem, nec accuſans, nec denuntians, ſed ſecretò referens argumenta, addens quòd res examinaretur. (Apol: cap. 20.)

Res tandem, non tamen per Patrem Deſirant, delata fuit ad judicium Rectoris Univerſitatis, & Petrus Nicolaus Tourteau citatus & interrogatus, ſub juramento depoſuit, ſe dictam Epiſtolam in judicio jacentem, de 10. Ianuarii, ſcripſiſſe ſub dictamine Doctoris Zegeri Bernardi Van Eſpen, in ipſius Bibliotheca, & quòd dederit ei calamum ad ſubſignandum, prout in ſua præſentia fecit, per quatuor Litteras Z. B. V. E. Hæc depoſitio jurata, fuit tam circumſtantionata, ut ipſe Advocatus Fiſcalis *Henricus Malcorps*, licèt totus ſemper fuiſſet de illius Doctoris parte, ſeriò protulerit hæc verba, *Dien leck en ſullen de Janſeniſten noyt afwaſſchen*, id eſt, *Hanc maculam Janſeniſtæ numquàm eluent.* (Apol: cap. 23. §. 4.)

Statim totus Ianſeniſmus convênit, & D. *Henricus Malcorps* mox ſe aliter informatum dixit. D. *Guilielmus Leunckens*, qui erat Rectoris Aſſeſſor, ejuſdem ſenſûs fuit &c. & D. *Van Eſpem* ſimpliciter admiſſus eſt ad jurandum contrarium, & hoc ſolo declaratus eſt Innocens. (Ibid. §. 5.)

Petrus Tourteau tamquam prætensè Reus juſſus apprehendi recurrit ad Carmelitas Calceatos pro azylo. (Ibid. §. 6.)

Duo Doctoris Van Eſpen confidentiſſimi, D. D. *Vivien*, & *Verniel* die 19. Martii & ſeqq. cum minis, & poſtea promiſſionibus aggreſſi ſunt, ut revocaret. (Ibid. §. 7.)

Secuta ſunt dona, & Petrus revocavit. Numquam tamen ſub juramento contrario. Undè primum juramentum de jure adhuc ſtat immotum. (Ibid. §. 8.)

Quartò variavit, donec partialiſſimi cauſæ inſtructores arripuerunt depoſitionem Doctori *Van Eſpen* magis faventem.

In quarta variata ſua depoſitione Petrus non juratus depoſuit, priora ſcripta de menſe Ianuario, à ſe conficta fuiſſe, & quòd Pater Deſirant concurriſſet ad fictionem, & quòd induxiſſet ad interceptionem Litterarum Henrici Graſper, & quod Copias miſiſſet ad præfatas altiores Poteſtates. In fine tamen cauſæ, rediit ad primam ſuam depoſitionem non juratam, ſive reſponſionem perſonalem, in qua Patris Deſirant innocentiam, & culpam ſuam agnovit. (Apol: pag. 5.)

Hoc ſolo fundamento Doctor *Van Eſpen* à ſolis ſuis adhęrentibus, inter quos nonnulli complices, innocens fingitur, & P. *Deſirant* coram inimicis in judicium vocatus fuit, tamquàm qui concurriſſet ad Litterarum de menſe Ianuarii pręrenſam fictionem, & ad Litterarum Henrici Graſper in menſe Februarii interceptiônem, & quòd omnium Copias ſecretò miſiſſet ad Internuntium Apoſtolicum, & Archiepiſcopum Mechlinienſem. (De nullitatibus, cap. 1. & per totum.)

Pater Franciſcus d'Herbe fuit pariter in reatum tractus, ut repelleretur à ferendo teſtimonio veritatis. Vicit litem, nec tamen juratò teſtari permiſſus fuit. (Apol: cap. 25.)

Similiter Adverſarii putaverunt in reatum trahere *Patrem Leopoldum à S. Thereſia*, ne & ipſe teſtari poſſet. (Apol: cap. 15. §. 5.)

Sed

Digitized by Google

Sed vicit veritas. Quam ut obfuſcaret Doctor Van Eſpen compoſuit Actam falſitatibus plenam, de 19. Aprilis 1707. quam bis in judicio juravit, tamquam judex in propria cauſa, & tamquam teſtis contra Patres Leopoldum, & Deſirant. Ibid. §.6.7.8.9.10.11.12.13.14 15.16.

Stante lite, cum Petro Nicolao Tourteau in gratiam rediit, & utriuſque colluſio detecta fuit. (Apol: cap. 23. § 9.)

Ad infringendam Petri depoſitionem quam contra Van Eſpen juratò fecerat, Petrus fuerat à dicto Van Eſpen accuſatus, & poſtea damnatus de perjurio & Sacrilegio confeſſo; & in ordine ad perdendum Patrem Deſirant idem Petrus fuit in eodem judicio habitus tamquam teſtis fide dignus. (Ibid.) Si in animo ſuo cogitaſſent, quòd Petrus reverà, die 5. Martii contra Doctorem *Van Eſpen* pejeraſſet, numquam ſanâ mente ipſius teſtimonium poſtea impendiſſent, vel ei benè feciſſent. Eſt ergo præſumptio juris, quòd ſciant illum tunc juraſſe veritatem, & quod ei gratias agant, tamquam obligati quod ſaltem ſine juramento revocaverit id quod antea juratus depoſuit. (Apol: c.23.§.9.)

Cauſa fuit inſtructa coram ſuſpectis Lovanii, quos etiam Pater Deſirant legitimè, ſed fruſtra ſuſpectavit, nam ne hoc quidem obtinere potuit, ut ſuſpectationes examinarentur. Negata fuit illi defenſio. Negata Copia depoſitionum quas teſtes fecerant, contra Cap. *qualiter & quando* 2. de accuſationibus. Et, quod eſt inauditum, negati ſunt ei articuli ſuper quibus ipſe per 24. & amplius horas coactus fuerat reſpondere, prout etiam negati fuerunt articuli ſuper quibus fuerunt auditi & examinati teſtes. (Apol: cap. 24. §. 4. & §.10.)

Tunc viis aliis procuraverunt, ut cauſa quæ coram judice Eccleſiaſtico inſtructa fuerat, traderetur novo Tribunali laico, quod junctam vocant, compoſitam ex judicibus delegatis (Ibid. §. 11.) ſuſtinentes ſuſpicionem ſufficere, ut quis per talem Junctam condemnetur. (Ibid. §. 4.)

Hoc pacto emanavit Schedula quam ſententiam vocant de 18. Maii 1708. quâ P. Deſirant fuit declaratus ſuſpectus concurriſſe ad fabricationem Litterarum prætensè fictarum, & ſuſpectus concurriſſe ad interceptionem Litterarum Henrici Graſper verarum, & convictus Copias miſiſſe ad Internuntium Apoſtolicum, & Archiepiſcopum Mechlinienſem, ideoque omnibus officiis & beneficiis tam Eccleſiaſticis quam civilibus exutus & Patriâ pulſus fuit, per non habentes hanc poteſtatem. Vide Librum de Nullitatibus.

Statim Adverſarii publicaverunt ſcriptum ſub titulo *Concluſionis Finalis* ſignatæ à D. *Henrico Malcorps*. (Apol: in præfatione.)

Pater Deſirant reſpondit per tres Libros. Primò in *Apologia* oſtendit ſuam Innocentiam, & vitia in inſtructione cauſæ commiſſa, & inter alia, quòd D. Van Eſpen in famoſa acta, ſuprà citatâ, bis juraſſet novem articulos, quos palam conſtat falſiſſimos eſſe, præſertim quòd primus Congreſſus quem habuiſſet cum P. Leopoldo incidiſſet in 12. Februarii 1707. cùm tamen ex pluribus circumſtantiis per conteſtes probatis, conſtaret, id factum 16. Februarii, quando P. Deſirant ipſi & Fratri ejus dederat Caſum aliquem conſcientiæ illa die ſignatum. (Apol: cap. 15. §. 7.)

P. Deſirant addidit *Concordantiam*, reproducens Litteras *Henrici Graſper*, ex quibus probavit, has Litteras in Februario ſcriptas veras, convenire cum Lit-

teris antè in Ianuario allatis, quas fingunt fictas eſſe. Illic inſuper oſtenditur fabricatio ſchiſmatis, quod tandem 35 Miſſionarios laplos peperit, authore, ſeu incentore eodem Doctore Van Eſpen.

3. Scripſit etiam Tractatum *de Nullitatibus* ſchedulæ quam Adverſarii ſententiam vocant; oſtendens falſationes intolerandas, in ejus evulgatione, non per judices, ſed per Adverſarios commiſſas, Tribunalis incompetentiam, Nullitates provenientes ex interventione judicum ſuſpectatorum, abſque eo quòd voluerint permittere ut ſuſpectatio vel examinaretur: Et præcipuè quòd illa Juncta ſit contraria Sacris Canonibus, legibus civilibus, Edictis Principum noſtrorum, & legibus fundamentalibus Patriæ, in Principum Læto Introitu fundatis. Junctarum quippe, id eſt judicum ſpecialium, neglectis Tribunalibus ordinariis Inſtitutio, ſemper fuit in noſtra Patria habita tamquam. totius Reipublicæ everſiva. Et idcircò articulus Primus Læti Introitûs ſemper his aut ſimilibus verbis conceptus fuit: *Quod ſua Majeſtas omnes Prælatos, Religioſas domos, Barones, Nobiles, & bonos homines, ac ſubditos Oppidorum ſuorum, municipiorum & Regionum in omnibus cauſis tractari faciet, per judicium, & inſtantiam, ſecundum jus Oppidorum & Tribunalium competentium ac debitorum, & quòd judices Regionum præfatæ Majeſtatis debebunt ſua Tribunalia ſervare.*

In foliis Mariæ Burgundicæ Læto Introitu de 29. Maii 1477. neſcio per quos malè intentionatos inſerta fuerat hęc clauſula: *Abſque eò quòd nobis, aut cuiquam alteri ex parte noſtra ſit futurum integrum allegare quòd tales cauſæ poſſent, aut deberent evocari, aut relinqui ſub cognitione Principis. aut ejuſdem Concilii Generalis, ſive Specialis; exceptis delictis, quæ appellantur crimen Læſæ Majeſtatis.*

Hæc nova clauſula exceptiva tempore minorennitatis Mariæ Burgundicæ per quoſdam illius miniſtros excogitata, fuerat poſtmodùm per Auguſtum maritum ejus Maximilianum confirmata per actam de quinta Decembris ejuſdem anni 1477.

Nihil juſtius, nihil ſanctius, quàm omni meliori modo providêre, ne impunitum maneat crimen Læſæ Majeſtatis, & ne impunè gliſcant ſcelera contra Statum. Quòd autem ſub hoc prætextu ordinaria Tribunalia ſint ſupplantanda, & ſtabiliendum judicium extravagans, in quo ſuſpicio ad damnandum ſufficiat, Ohime! Inimicus ergò inimicum perditurus, non objiciet crimen ordinarium, ad cujus condemnationem plena probatio requiratur; ſed Majeſtatis, ſed Statûs, ut faciliori ſuſpicione perdat innocentem. Quisnam obſecro id vellet fieri ſibi?

Quænam verò ex additione iſta fuerint in Belgio poſt mortem Mariæ Burgundicæ ſecutæ perturbationes, nihil attinet dicere, ne quid nuper circa Junctam Gandavenſem eodem ferè modo acciderit, cum faſtidio memoraſſe videamur.

Sufficit paucis referre, quòd Philippus Pulcher præfatam Sereniſſimæ Matris ſuæ diſpoſitionem & Auguſti Patris ſui confirmationem expreſſis verbis nominaverit, revocaverit, caſſaverit, & annihilaverit, articulo 54. Læti ſui Introitûs de 9. Septembris 1494. ubi non tantùm præfatâ nova clauſula de Junctis, ſive de Conciliis Specialibus reperitur extincta, verum etiam ex-

Digitized by Google

expreſsè ſancitur: *Ad hoc volumus, decernimus, & declaramus, ut ſtatim omnes Officiales contra Introitum præfati defuncti Pro-avi noſtri Patris Philippi, deponantur, & ulterius, quòd quidquid impoſterum poſſet in contrarium attentari, nulliter, & nullius ſit futurum valoris, nec futuris temporibus haberi poſſit.*

Conſequentiæ ex ſuſpicionariis iſtis junctis ſequi natæ quantum Patriæ ſint fatales, Ianſeniſtarum Concluſio Finalis teſtatur, ubi ad illam inſtituendam juxta illos ſufficit ſuſpicio quòd tangatur materia Statûs, & ad capitaliter condemnandum, ſola quoque ſuſpicio ſufficit. (Apol. cap. 24. § 1.)

Judicet Lector, an non meritò Epilogus de Nullitatibus concluſus fuerit his verbis: " Unuſquiſque nunc dignetur ſemetipſum introſpicere, in corde iſto,
„ in iſto pectoris penetrali, atque ſi judicaverit, ſe rationaliter poſſe tam
„ crudeliter ex ſuſpicione damnari, imminens ſibi exitium expendat, & tunc
„ primùm in *Patrem Deſirant* jaciat primum lapidem, & ſubſcribat huic legi
„ talionis, *Quicumque judicaverit, aliquem ex ſuſpicione damnandum eſſe,*
„ *legem ferat, quam tulerit, cunctorumque criminum, de quibus ſuſpectus*
„ *fuerit, pœnas luat, tamquam convictus, quòd ex ſuſpicione damnandum*
„ *cenſeat.* "

De ultimo Adverſariorum Libello, edito in fine Maii 1710. *cui titulus* Juſtitia & veritas vindicata &c.

TAndem poſt novem menſes prodit Libellus anonymus, *Juſtitia & veritas vindicata contra calumnias, errores & falſitates, quibus ſcatet Apologia P. Deſirant, in iis quæ concernunt quoſdam ſuperiores Carmelitarum Diſcalceatorum circa PP. Leopoldum & Sylvanum ejuſdem Ordinis Religioſos.*

Nihil continet niſi farraginem dicteriorum, continuas invectivas, & Scommata adverſus integerrimos Religioſos PP. Leopoldum & Sylvanum Ordinis Carmelitarum Diſcalceatorum, illum Procuratorem, hunc Priorem digniſſimum, idque ſine ulla probatione, vel probationis ſpecie, ſemper cum notoria fictione loquendo, nec ullam umquam locutionis juſtificationem adducendo.

Unicus ſcopus eſt, per falſas diffamationes, contra integerrimos Religioſos adductas, teſtimonia quæ dederunt in judicio, poſt tres ferè annos, revocare in dubium, ad excuſanda, ſeu potiùs pallianda novem zegeri Bernardi Van Eſpen juramenta, bis in judicio præſtita, quorum notoria debilitas nulla poteſt tergiverſatione celari.

In hunc finem, unicam novam fictionem adferunt, quam audaciſſimè affirmant, de nulla probationis umbra ſoliciti.

Afferunt quòd omnia per Patrem Deſirant adducta corruant, dummodò poſ-

Digitized by Google

poſſint oſtendere, quòd P. Deſirant die 16. Februarii 1707. non ſignaverit allegatum caſum conſcientiæ, nec eum illa die præfatis Patribus dederit, antequam irent ad Doctorem Van Eſpen. Dicunt pag. 10. & ſæpiſſimè repetunt, quòd P. Deſirant ſignaverit caſum iſtum die 29. Ianuarii, exhibitum *in Conſiſtorio* illius Ordinis, quod Antverpiæ abſolutum fuit 15. Februarii. Inferunt quòd ergò Pater Deſirant & duo iſti Patres Sacrilegè finxerint ſigillum Confeſſionis, & quòd Doctor Van Eſpen non ſit perjurus.

Breviter reſpondetur: Quod extiterint duo caſus. Primus incipit, *Cum in Brevi felicis recordationis.* Signatus eſt Lovanii 29. Ianuarii 1707. per Patrem Deſirant, & tres alios Doctores. Hic fuit exhibitus in præfato Conſiſtorio, quod 15. Februarii Antverpiæ abſolutum fuit.

Secundus caſus incipit, *Occaſione Janſeniſmi quæſitum fuit*, & eſt multò brevior, quàm primus, fuitque ſignatus Lovanii 16. Februarii 1707. à ſolo Patre Deſirant, & eàdem die traditus præfatis duobus Patribus ut exhiberetur, prout petebant, *aliquot diebus poſteà in quodam judicio*, prout habetur in Apologia pag. 157. Libellus quidem anonymus Ianſeniano more fingit, & pag. 14. lin. 29. addit de ſuo, *id eſt in Conſiſtorio Patrum: Atqui Conſiſtorium illud abſolutum fuit 15. Februarii*, inquit.

Hæc autem eſt additio falſa & ficta: Præfatum enim judicium, non fuit illud *Conſiſtorium*. Nec caſus ſecundus iſti *Conſiſtorio* fuit exhibitus, ſed variis ab iſto Conſiſtorio diſtinctis. Præter illos, qui obierunt, quinque conteſtes habemus viventes, qui Originale, quod etiamnum Bruxellis extat, & ad Patrem Deſirant numquam rediit, tunc viderunt. Habemus inſuper teſtem ſextum, qui nunc eſt Prior Conventûs Bruxellenſis digniſſimus, & caſum illum à tribus & ampliùs annis non tantum vidit, Sed etiam tunc propria manu ex Originali deſcripſit. En declarationem ejus: " Infraſcriptus atte-
" ſtor, quod commorans Gandavi abhinc tribus annis circa Feſta Pachalia
" de verbo ad verbum exſcripſerim ſuprà-poſitam Reſolutionem, quæ inci-
" pit, *Occaſione Janſeniſmi*, per R. P. Silvanum à S. Franciſco; mihi tunc
" traditam, & ab Eximio P. Magiſtro Deſirant ſignatam, & datam Lovanii
" 16. Februarii 1707. cujus Originale, cùm mihi hodie exhiberetur, recogno-
" vi ipſiſſimum eſſe, qùod tum exſcripſi, paratus id juramento firmare ad
" id debitè, ac legitimè requiſitus. In quorum fidem præſentem declaratio-
" nem ſubſignavi ac ſigillo Officii mei munivi. Actum Bruxellis 28. Maii 1710.
" F. Humbertus à S. Guilielmo Prior Carmelit: Diſcalc: Bruxellenſis. Loc:
" † ſigilli." Non eſt hæc affirmatio Ianſeniana, ſed probatio legitima. Reliquę ſequentur.

Judicet Lector Catholicus, an & quantùm Z. B. V. E. à novem ſuis bis in judicio pręſtitis juramentis, cum omni ſua affectata ſanctitate externa, purgetur, qui nonniſi fictionibus tam palpabilibus & tam flagitioſis hactenus defendi potuit. Plura dabimus in Reſponſione uberiori, cui titulum facimus *Chriſtiana Salvatio teſtium Catholicorum*, ubi uterque Caſus imprimitur.

Ex hoc ſolo patebit, Adverſarios ſeſe ipſos cenſêre pleniſſimè convictos, cùm non fuerint ad ullum auſi argumentum reſpondêre, novamque ſalutem putaverint in nova fictione quærere.

FINIS.

Digitized by Google

COMPENDIUM CAUSÆ

Eximii Patris Bernardi Deſirant Doctoris Lovanienſis, Hiſtoriographi Regii, Hiſtoriarum Profeſſoris publici, ſacræ Facultatis Theologicæ Regentis (in Religione verò ſua, Bruxellenſis Capituli Anno 1697. Præſidis, & Anno 1703. in primum Provinciæ Definitorem, per ſecreta omnium Capitularium plus quadraginta ſuffragia electi, uſque ad annum 1706.) nec non Belgii Epiſcoporum ad Innocentium Papam XII. contra Janſeniſtas Ablegati, & ideò Anno 1707. contumelias paſſi.

Ex quinque Libris ejus: APOLOGIA, CONCORDANTIA, DE NULLITATIBUS, SALVATIO CHRISTIANA, *&* DE JANSENISTARUM SPIRITU FANATICO, *contra* Paſchaſii Queſnelli *Libellos*, Gemiſſement d'une Ame vivement touchée de la deſtruction du ſaint Monaſtere du Port Royal des Champs, *&*, Le Pere Deſirant, ou Hiſtoire de la Fourberie de Louvain.

PRAEFATIO.

TAmetſi particularis perſecutio, iterum iterumque contra P. Deſirant, per ambidextros Janſeniſtas, qui nunc apud hos, nunc apud illos valent, crudeliter mota, nihil ad communem Eccleſiæ cauſam adferat, nihil demat; cùm tamen novi Proteſtantes noſtri in ultima ſua PROTESTATIONE ASSERTA, paragraphum ſuum primum exorſi fuerint à calumniis, in eundem tamquam Conſolatorii Authorem, Janſeniano more impactis, ſuam verò ſuorumque potiùs turpitudinem manifeſtantes, dum ſacrilegia, & perjuria, per quæ triumpharunt, non fuerunt auſi negare, multò minùs ad copioſas Patris Deſirant Vindicias reſpondere; juvabit equidem tum ad pleniorem Schiſmaticorum confuſionem, tum ad uberiorem Concatholicorum conſolationem, Breve Compendium ſubjicere totius Cauſæ, ut innocentiam preſſam quidem, ſed in nullius Catholici oculis oppreſſam fuiſſe monſtremus,

Adverſarii in ſua CONCLUSIONE ſunt confeſſi, quòd illum criminati fuerint ex ſuſpicione, & quòd ſuſpicio ad condemnandum ſufficeret. Denegata fuit ei omnis juſta defenſio Ne Articulos quidem, ſuper quibus fuerat interrogatus, umquam potuit acquirere, nec ullum Articulum ſuper quibus fuerunt auditi teſtes. Juſtiſſimas Recuſationes Judicum partialium legitimè introductæ, ne quidem fuerunt examinatæ. Tribunal erat illegitimum, non Conſilium Brabantiæ: hoc enim ſe huic Cauſæ non immiſcuit. Erat ſeculare, coram quo Sacerdos, illæſis ſacris Canonibus ſpiritu Dei conditis, & totius Mundi reverentiâ conſecratis, non poterat judicari. Erat extraordinarium, fabricatum, & collectum ex quinque Viris ad hanc ſolam Cauſam miro modo delectis. D. Alardus van den Steen Dordracenſis, rebus Janſenianis à vertice capitis uſque ad plantas pedum immerſus, unus ex illis erat, cujus nomen Petrus Nicolaus Tourteau, tamquam in famoſo Reſolutionum libro contentum denuntiaverat. Pars Janſeniana Alardum ſuum, non bonis artibus, prout

Digitized by Google

publicum eſt, in fine Auguſti 1707. coëgerat eligi in Lovanienſis Univerſitatis Rectorem, qui duos ex illis quinque deſignaturus erat. Duos nominavit. Cogitet Lector, an Janſeniſtæ habentes optionem, ſint electuri non affidatos. Præter hos duos ſciverunt excludere quemdam Conſiliarium ſine ulla prævia cognitione, & in ejus locum ſufficere tertium, de cujus aliis actis publicè conſtabat. D. Petrus Melis Amſtelodamenſis, qui cum præfato Alardo certat de palma, cujus pariter nomen in eodem Reſolutionum Libro extat, pluries eſt gloriatus, ſe de ſecutura Sententia procuraſſe ſecuritatem, dum hujus tertii ſuffectionem obtinuit: *c'eſt un coup de ma main*, ſibi ſuaviter adulans, dixit. His tribus Viris taliter aggregatis juncti fuerunt duo alii, quos novo nomine appellaverunt JUNCTAM, per fundamentales Leges Patriæ, in LÆTO PRINCIPUM INTROITU, ſub poena nullitatis vetitam. Ex hoc fonte prodiit ſchedula ſuſpicionaria, quam Adverſarii ſententiam vocant, per quam Pater Deſirant damnatus dicitur, tamquam ſuſpectus, quod cum Petro Nicolao Tourteau concurriſſet (& prout criminatio ferebat, dictaſſet) ad fabricationem quarumdam Litterarum fictarum (quarum contenta omnia Adverſarii nunc exequuntur) & tamquam ſuſpectus quòd concurriſſet ad interceptionem verarum Litterarum Henrici Graſper (quæ continebant eandem conſpirationem, & quarum contenta iidem adverſarii exequuntur) & tamquam convictus, quòd illarum copias malâ fide miſiſſet ad altiores Poteſtates, non nominando eas, cùm tamen non extiterint alii quàm Internuntius Apoſtolicus & Archiepiſcopus Mechlinienſis, quos ſic vocatos volebant.

Nunc verò Paſchaſius Queſnellus, cui reſpondebitur, in ſuo Calumniatorio, *Le Pere Deſirant, ou Hiſtoire de la Fourberie de Louvain* pleniſſimam Patris Deſirant adfert juſtificationem, ubi pag. 275. adfert Sententiam contra Petrum Nicolaum Tourteau, prævië ab eadem JUNCTA latam, in verbis: ET HABENTES REUM (Petrum Nicolaum Tourteau) *pro convicto, quod prædictas Litteras, Formularia & Reſolutiones fabricaverit, & tulerit ad Patrem Deſirant in uſum prædicto Doctori van Eſpen, & aliis perſonis præjudicioſum* (ſi Petrus erat convictus, quòd omnia fabricaverit, & ad Patrem Deſirant tulerit, quomodo potuit Pater Deſirant manere ſuſpectus, quòd ad iſtam fabricationem concurriſſet, atquè, prout in accuſatoria Concluſione Finali objiciebatur, quod dictaſſet?) *Quod in decurſu litis fecerit plures falſas depoſitiones, & quod illarum primam ſolemni juramento firmaverit* (quomodo ergo inanis ſuſpicio contra Patrem Deſirant in ſolius Petri, de falſitatibus & perjurio convicti aſſertione retractatoria, quam ſolam calumniatrix Concluſio Finalis objecit, potuit fundari?) *Quod tribus diverſis vicibus apud Curſorem interceperit prædictos diverſos faſciculos litterarum per Henricum Graſper ad diverſas perſonas ſcriptarum* (erant ejuſdem tenoris. Numquid etiam Pater Deſirant erit ſuſpectus, quòd concurrerit ad ſcriptionem Litterarum Henrici Graſper?) *Quod prædictorum faſciculorum aperuerit involucra, & quaſdam ex inibi incluſis Litteris aperuerit, & legerit, & quod omnia tulerit ad prædictum Patrem Deſirant, in uſum prout fecerat de aliis partibus.*

Si Petrus erat convictus, quòd omnia taliter tulerit ad Patrem Deſirant, numquid ergò Pater Deſirant tamquam ſtrictæ Facultatis Theologicæ Regens, & Senior Reſi-, ex officio tenebatur Miniſtrum Apoſtolicum, & Archiepiſcopum, per ſecretas

copias

copias commonefacere, quænam ſibi eſſent delata, & denuntiata, addendo, prout ſemper addidit, quòd rei veritas ſtudioſè examinaretur; Hæccine illa crimina? O ludibrium iuſtitiæ humanæ! Sed fruſtra conquerimur, poſtquam legimus Janſeniſtarum Alcoranum, primò Pariſiis antequam eſſemus nati (crimuſne ſuſpecti, quòd etiam hic concurrerimus?) & nuper Coloniæ (nobis tamen inſciis, typis donatum, ubi Inſtructione ſeptima Art. 13. decernitur; *Si qua Perſona minoris conditionis, quàm Epiſcopi* (talis erat Pater Deſirant) *reddant ſe contrarios doctrinæ* (hoc libenter fecit) *primò ſtudebitur ut vincantur ſuavitate* (fruſtrà in materia fidei) *ſi perſiſtant* (perſtitit pro Catholica veritate) *fiet exacta inquiſitio ipſorum vitæ* (vellentne hoc fieri ſibi?) *adhibebuntur minæ ipſos perdendi in bonis, & honore* (hoccine apud Janſeniſtas Chriſtianum eſt?) *& quando procedendum erit ad effectus, id fiet cum magna prudentia* (prudentiâ carnis ſcilicet) *& de conſenſu omnium Unitorum.* Omnes Uniti conſenſerunt, factæ ſunt congregationes Taurorum in vaccis populorum, & famoſus *Huſſius* Lugduni Batavorum die 7. Februarii 1707. Decretum tulit, in primo Henrici Graſper faſciculo repertum: *Maer ſonderling moet op den Auguſtyner Monick gecanonnert worden,* id eſt, *at præcipuè in Auguſtinianum Monachum tormentis bellicis explodendum eſt.* Tauri in ſua conſenſione Patrem Deſirant ubique locorum, ſchiſmaticis ſuis cornibus impetunt. Compendium hoc, malleus erit, quo retundantur.

§. I.

Status Cauſæ.

Sub finem anni 1706. & in principio 1707. occaſionaliter ad Patrem Deſirant venit, anteà ipſi ignotus, Petrus Nicolaus Tourteau, Scriba, vir conjugatus, mento barbato ætatem præ ſe ferens annorum ut minùs triginta, cùm tamen tantummodo attigiſſet annum ætatis circiter vigeſimum. Hunc noverant Janſeniſtæ. Apol, cap. 3. Cum verò familiaris eſſet apud D, Guilielmum Leunckens, tunc Univerſitatis Rectorem, pro quo varia ſcribebat, & quia pro Patre ſuo Nicolao Tourteau. Procuratore permittebatur comparere in judiciis, hinc apud Patrem Deſirant fidem invenit.

Hic totus ſerius & afflictus retulit, ſibi fuiſſe à ſuo Confeſſario, quodam Patre Minorita, injunctum, ut revelaret atrociſſimam quamdam Doctoris Zegeri Bernardi van Eſpen cum ſuis, contra Romanam Eccleſiam conſpirationem; ad cujus executionem ipſe Petrus varia ſub illius dictamine, pro pane lucrando ſcripſiſſet, quamquam nunc, animæ ſuæ ſalutem præferens, rem ſuo Confeſſario aperuiſſet, cui parere vellet. Cumque Sacra Facultas Theologica ex officio ſimilibus invigilaret, & P. Deſirant eſſet illius Regens, Petrus declarabat ſe credere, quòd per præſentem denuntiationem ſecretam, ſuæ conſcientiæ ſatisfaceret Ita pluries verbo, & die 27. Ianuarii. 1707. ſcripto declaravit, coram ejuſdem Facultatis Bedello & Notario Apoſtolico Hieremia van Dormael. Actam vide retro Adverſariorum Concluſionem finalem. pag 3, & Art. 604.

Digitized by Google

Petrus hoc modo die 10. Januarii 1707. attulit Epiſtolam ſua manu ſcriptam, ſub dictamine, ut dicebat, dicti Doctoris van Eſpen, qui ſignaverat quatuor nominis ſui litteris initialibus Z.B.V.E. Apol. cap, 6. paragr. 2. & Concordantia pag. 41. & 42,

Inſcriptio erat ad D. Licentiatum Guilielmum vanden Neſſe, Paſtorem (Deſervitorem dicere debuit) S. Catharinæ Bruxellis.

Contentum tractabat de confœderatione Janſeniſtarum inter ſe, ad tuendas præclaras Janſenii propoſitiones, ad non admittenda ulla Decreta Miniſtri Apoſtolici, & ad ſe declarandos paratos adſcribi numero civium Amſtelodamenſium, ut frui protectione Hollandica valerent. Hic eſt Breviculus Formularii, quod mittebatur ſignandum à variis, quorum nomina in dicta Epiſtola Z, B.V.E. exprimebantur. Vide Inſtrumenta in Concordantia cap. 6.

Inſtrumentorum denuntiatorum ſinceritatem examinans P. Deſirant, ſtatim eâdem die 10. Januarii juſſit, ut Petrus copiam deſcriberet, quatenus apud ſe videret, qualiter Petrus ſua ſponte dictas quatuor litteras Z.B.V.E. formaturus eſset. Sed illas præciſè in copia formavit alio modo: prout in Judicio monſtratum fuit. Apol. cap. 6. parag. 2,

Præterea P. Deſirant ſecretò adhibuit duos Notarios publicos ſeorſim, qui dixerunt & in judicio depoſuerunt, ſe, qui D. Zegeri characterem optimè noverant, judicaſſe, dictam Epiſtolam ab ipſo verè ſignatam fuiſſe, Apol. c, 6. paragr. 3.

Petrus equidem Epiſtolam deſtinavit, ſed uno die ſeriùs. Ibid. paragr. 4,

D. van Eſpen Bruxellas profectus, inde copiam Epiſtolæ deſtinatæ Lovanium remiſit, quam Licentiatus Opſtraet die 22, Januarii evulgavit, dicens, Originale eſſe Bruxellis, ignorari characterem, & oſtendi copiam ad detegendum Authorem. Apol. p. 62.

Sacra Faculas Theologica, ad ſedandam commotionem, indè inter Theologos ortam, pluries requiſivit, & ordinavit, ut dictus Licentiatus reproduceret Originale, quippe cùm impoſſibile foret, Authorem ſcripturæ Originalis cognoſcere ex copia. Ibid p. 63

Ille verò perſtitit, Originale non eſſe monſtrandum niſi Bruxellis, ob graviſſimas rationes, idque à dicto vanden Neſſe, ſi Facultas Sacra ſuos eò mitteret. Facultas reſpondit ſe miſſurum, dummodò dictus vanden Neſſe prævie juraret, ſe Originale oſtenſurum, prout ipſi deſtinatum fuerat. Ibid pag. 68.

Audita exactione hujus juramenti, ſtatim graviſſimæ illæ rationes ceſſarunt. Deſervitor van den Neſſe Originale miſit ad Dominum van Eſpen, & præfati duo Notarii in judicio depoſuerunt, aliquas ex quatuor præfatis litteris, quas antea, ut dictum eſt, viderant, rediiſſe adulteratas. Cogita Lector, quid inde ſequatur. Apol, cap, 6, par. 5,

Eodem modo Petrus die 27, Ianuarii attulit, & tum verbo, tum ſcripto denuntiavit faſciculum litterarum, cui erat incluſa Copia Libri Reſolutionum. Apol. cap. 7,

Modus quo ſe dicebat hunc faſciculum invenisſe in Doctoris van Eſpen Granario, apparebat ſuſpectus: verumtamen non poterat Petrus de falſitate convinci. Præſertim quia Libri Reſolutionum contentum apparebat veriſſimum in omnibus ſuis articulis, & conforme moribus ordinariis dicti Doctoris van Eſpen, quem conſtat à triginta annis impugnaſse Sedem Apoſtolicam, & ſub ficto nomine Fratris Antonini foviſſe malas partes, ad tuendas varias novitates. Apol. cap, 7, paragr, 1.

Quod maximè apparuit in ultimo ſchiſmate Miſſionariorum, in Hollandia lapſorum, cujus incentorem fuiſse Doctorem van Eſpen oſtenditur, Apol, pag, 104,

Idem Doctor Miſſionarios lapſos in errore confirmat, & ut contemnant excommunicationem, hortatur per fœdum Tractatum HiſtoricoCanonicum de Cenſuris Eccleſiaſticis, recenter impreſſum.

Præterea

Digitized by Google

Præterea die 14. Feb. 1707, præfatus Nicolaus Tourteau, Pater Petri Nicolai, familiariter acceſſerat D. van Eſpen, & hic ei inter alia *quaſi ſub-ingemiſcens dixerat, tuus Filius! tuus Filius! ego timeo, ego timeo.* Ita hic ſcripto declaravit. Apol. c. 14 parag. 2.

Die 15. Febr. Patrem Deſirant acceſsit doctiſsimus P. Matthias Grauvvels S. Scripturæ Lector, ex Ordine PP. Minoritarum, qui tunc & diebus ſequentibus declaravit ſe illum Confeſſarium eſſe, & de prævia Petri licentia extra confeſſionem tum verbo, tum ſcripto datâ, rem totam tamquam indubitatam, Patri Deſirant tam verbo, quàm ſcripto expoſuit, prout poſtea in Judicio conſtitit, Apol. cap. 15 paragr. 2

Die 16. Feb. manè R. P. Leopoldus à S. Thereſia Carmelita Diſcalceatus miſſus fuit ad D, van Eſpen, occaſione Petri, qui Patri Deſirant amarè conquerebatur, ſe minas & verbera pati, eò quòd non reſtitueretur liber Reſolutionum, Ibid, paragr. 3

Hic P. Leopoldus rogavit dictum D. van Eſpen ſub prævio ſecreto, tamquam ex Sacramentali confeſſione originem trahenti, num faſciculus chartarum eſſet ſuus, promittens reſtitutionem ſi ſuum diceret, vel combuſtionem, ſi ſuum negaret. Ibid parag. 4.

At verò dictus van Eſpen ſe illa die & ſequentibus ita illaqueavit, ut neutrum volens categoricè dicere, perplurima indicia monſtraverit, faſciculum ſuum eſſe, Ibid parag. 5

Eadem die 16 Feb. Veſperi idem Petrus Nicolaus Tourteau Patri Deſirant attulit faſciculum Litterarum apertarum, ſcriptarum à quodam Theologo Hollando, nomine Henrico Graſper. Faſciculus erat inſcriptus D, Jacobo Ignatio Krys Amſtelodami. Dicebat Petrus coram R. P. Franciſco d'Herbe, ſe faſciculum accepiſſe apud curſorem ex ordinatione D. Guilielmi Leunckens, qui tunc erat Rector Univerſitatis, & cui Petrus ſciebatur eſſe familiaris: & varia apud ipſum ſcribebat. Secundum ſimilem faſciculum attulit die 20. & tertium die 23. Feb. Apol. cap. 15.

Contentum harum Litterarum erat idem cum aliis, quas Petrus anteriùs in menſe Januario attulerat. Conſpiratio erat manifeſtiſſima: Una conſummabat alteram. Apol. cap. 19 Vide etiam Concordantiam per totum. His adde, quòd illam tandem palam practicent.

In omnibus his P. Deſirant nihil aliud fecit, quàm quòd ſecretò examinaverit ex officio argumenta pro & contrà, miſeritque copias ad altiores Poteſtates, nimirum Internuntium Apoſtolicum, & Archiepiſcopum Mechlinienſem, nec accuſans, nec denuntians, ſed ſecretò referens argumenta, addens quòd res examinaretur. Apol. cap. 20

§. 2.

Irregularis Inſtructio Cauſæ coram Eccleſiaſtico tribunali Univerſitatis Lovanienſis.

RES tandem, non tamen per P, Deſirant, delata fuit ad judicium Rectoris Univerſitatis, & Petrus Nicolaus Tourteau citatus & interrogatus, ſub juramento depoſuit, ſe dictam Epiſtolam in judicio jacentem, de 10. Jan. ſcripſiſſe ſub dictamine Doctoris Zegeri Bernardi van Eſpen, in ipſius Bibliotheca, & quòd dederit ei calamum ad ſubſignandum prout in ſua præſentia fecit, per quatuor litteras Z. B. V. E. Hæc depoſitio jurata, fuit tam circumſtantionata, ut ipſe Advocatus Fiſcalis Henricus Malcorps, licèt totus ſemper fuiſſet de illius Doctoris parte, ſeriò protulerit hæc verba „ Dien leck en ſullen de Janſeniſten noyt afvvaſchen,„ id eſt, Hanc maculam Janſeniſtæ numquàm eluent, A.c.23.

Statim totus Janſeniſmus convenit, & D. Henricus Malcorps mox ſe aliter informatum dixit. Guilielmus Leunckens, qui erat Rectoris Aſſeſſor, ejuſdem ſenſûs fuit &c.

Digitized by Google

& D. Van Eſpen ſimpliciter admiſſus eſt ad jurandum contrarium, & hoc ſolo dictus eſt innocens. Ibid. paragr. 5.

Petrus Tourteau tamquam prætenſè Reus juſſus apprehendi, recurrit ad Carmelitas Calceatos pro azylo, Ibid, paragr, 6,

Duo Doctoris Van Eſpen confidentiſſimi, D. D, Vivien, & Verniel die 19, Martii & ſeqq, cum minis, & poſtea promiſſis Petrum aggreſſi ſunt ut revocaret. Ibid par: 7.

Secuta ſunt dona, & Petrus revocavit. Numquam tamen ſub juramento contrario. Undè primum juramentum de jure adhuc ſtat immotum, Ibid, paragr, 8,

Quartò variavit, donec partialiſſimi cauſæ inſtructores arripuerunt depoſitionem Doctori Van Eſpen magis faventem.

In quarta variata ſua depoſitione Petrus non juratus depoſuit, priora ſcripta de menſe Ianuario, à ſe conficta fuiſſe, & quòd Pater Deſirant concurriſſet ad fictionem, & quòd induxiſſet ad interceptionem Litterarum Henrici Graſper, & quòd Copias miſiſset ad præfatas altiores Poteſtates. In fine tamen cauſæ, rediit ad primam ſuam depoſitionem non juratam, ſive reſponſionem perſonalem, in qua Patris Deſirant innocentiam, & culpam ſuam agnoverat. Apol: pag. 5,

Hoc ſolo fundamento Doctor Van Eſpen à ſolis ſuis adhærentibus: inter quos nonnulli complices, innocens fingitur, & P, Deſirant coram inimicis in judicium vocatus fuit, tamquàm qui concurriſset ad Litterarum de menſe Ianuarii prætenſam fictionem, & ad Litterarum Henrici Graſper in menſe Februarii interceptionem, & quòd omnium Copias ſecretò miſiſset ad Internuntium Apoſtolicum, & Archiepiſcopum Mechlinienſem. De Nullitatibus, cap, 1, & per totum,

Pater Franciſcus d'Herbe fuit pariter in reatum tractus, ut repelleretur à ferendo teſtimonio veritatis. Vicit litem, nec tamen juratò teſtari permiſsus fuit, Apol, c, 25.

Similiter Adverſarii putaverunt in reatum trahere Patrem Leopoldum à S, Thereſia, ne & ipſe teſtari poſset. Apol: cap, 15, paragr. 5,

Sed vicit veritas. Quam ut obſcuraret Doctor van Eſpen, compoſuit Actam falſitatibus plenam, de 19 Aprilis 1707, quam bis in judicio juravit, tamquam iudex in propria cauſa, & tamquam teſtis contra Patres Leopoldum, & Deſirant. Ibid par. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14 15. 16.

Stante lite, cum Petro Nicolao Tourteau in gratiam rediit, & utriuſque colluſio detecta fuit. Apol: cap. 23 parag 6.

Cauſa fuit inſtructa coram ſuſpectis Lovanii, quos etiam Pater Deſirant legitimè, ſed fruſtra ſuſpectavit. Sed ne hoc quidem obtinere potuit, ut ſuſpectationes examinarentur. Negata fuit illi defenſio. Negata Copia depoſitionum quas teſtes fecerant, contra Cap. qualiter & quando ⁙ de Accuſationibus. Et, quod eſt inauditum, negati ſunt ei articuli ſuper quibus ipſe per 24. & ampliùs horas coactus fuerat reſpondere, prout etiam ipſi negati fuerunt articuli ſuper quibus fuerunt auditi & examinati teſtes.; Apol. cap. 24. paragr 4. & 10.

§. 3

Cauſa tranſlatio, ſine alia inſtructione, ad Judicium ſeculare extraordinarium, contra LÆTUM INTROITUM, *aliaſque fundamentales Patriæ Leges ſubornatum, cujus nomine Adverſarii evulgarunt ſchedulam ſuſpicionariam, quam ſententiam vocant.*

TUnc viis aliis procuraverunt, ut cauſa quæ coram judice Eccleſiaſtico inſtructa fuerat, traderetur novo Tribunali laico, quod Iunctam vocant, compoſitam ex iudici-

Digitized by Google

iudicibus delegatis. Ibid. parag. 1, ſuſtinentes ſuſpicionem ſufficere, ut quis per talem Junctam condemnetur. Ibid. parag. 4.

Hoc pacto emanavit Schedula, quam ſententiam vocant de 18. Maii 1708. quâ P. Deſirant fuit declaratus ſuſpectus concurriſſe ad fabricationem Litterarum prætenſè fictarum, & ſuſpectus concurriſſe ad interceptionem Litterarum Henrici Graſper verarum, & convictus Copias miſiſſe ad Internuntium Apoſtolicum, & Archiepiſcopum Mechlinienſem, ideoque omnibus officiis & beneficiis tam Eccleſiaſticis quàm civilibus exutus, & Patriâ pulſus fuit, per non habentes hanc poteſtatem. Vide Lib. de Nullit.

Statim Adverſarii publicaverunt ſcriptum ſub titulo Concluſionis, Finalis ſignatæ à D. Henrico Malcorps. Apol, in præfatione.

Patei Deſirant reſpondit per tres Libros. Primò in Apologia oſtendit ſuam Innocentiam, & vitia in inſtructione cauſæ commiſſa, & inter alia, quòd D. Van Eſpen in famoſa acta ſuprà citatâ, bis iuraſſet novem articulos, quos palam conſtat falſiſsimos eſſe, præſertim quòd primus Congreſſus quem habuiſſet cum P. Leopoldo, incidiſſet in 12. Februarii 1707. cùm tamen ex pluribus circumſtantiis per conteſtes probatis, conſtaret, id factum 16, Februarii quando P. Deſirant ipſi & Fratri eius dederat Caſum aliquem conſcientiæ, illa die ſignatum. Apol, cap 15. parag. 7.

P. Deſirant addidit Concordantiam, reproducens Litteras Henrici Graſper, ex quibus probavit, has Litteras in Februario ſcriptas veras, convenire Litteris antè in Ianuario allatis, quas fingunt fictas eſſe. Illic inſuper oſtenditur fabricatio ſchiſmatis, quod tandem 35 Miſsionarios lapſos peperit, authore ſeu incentore eodem Doctore van Eſpen.

3. Scripſit etiam Tractatum de Nullitatibus ſchedulæ, quam Adverſarii ſententiam vocant; oſtendens falſationes intolerandas, in eius evulgatione, non per Judices, ſed per Adverſarios commiſsas; Tribunalis incompetentiam, Nullitates provenientes ex interventione Judicum ſuſpectatorum, abſque eo quòd voluerint permittere ut ſuſpectatio vel examinaretur; ſit præcipuè quòd illa Juncta Secularium in Cauſa Sacerdotis ſit contraria Sacris Canonibus; & quòd in cauſis etiam ſecularium, repugnet legibus civilibus, Edictis Principum noſtrorum. & legibus fundamentalibus Patriæ, in Principum Læto Introitu fundatis. Junctarum quippe, id eſt iudicum ſpecialium, neglectis Tribunalibus ordinariis, inſtitutio, ſemper fuit in noſtra Patria habita tamquam totius Reipublicæ everſiva. Et idcircò articulus primus Læti Introitus ſemper his aut ſimilibus verbis conceptus fuit ,, Quod ſua Majeſtas omnes prælatos, Religioſas domos, Barones, Nobiles & bonos homines, ac ſubditos Oppidorum ſuorum, Municipiorum & Regionum in omnibus cauſis tractari faciet per iudicium, & inſtantiam, ſecundum ius Oppidorum & Tribunalium competentium ac debitorum, & quòd iudices Regionum præfatæ Maieſtatis debebunt ſua Tribunalia ſervare.

In ſolius Mariæ Burgundicæ Læto Introitu de 27 Maii 1477. neſcio per quos malè intentionatos inſerta fuerat hæc clauſula ,, Abſque eo quòd nobis, aut cuiquam alteri ex parte noſtra ſit futurum integrum allegare, quòd tales cauſæ poſsent aut deberent evocari, aut relinqui ſub cognitione principis aut eiuſdem Concilii Generalis, ſive ſpecialis; exceptis delictis, quæ appellantur crimina Læſæ Majeſtatis. Hæc nova clauſula exceptiva, tempore minorennitatis Mariæ Burgundicæ per quoſdam illius miniſtros excogitata, fuerat poſtmodum per Auguſtum maritum ejus Maximilianum confirmata, per actam de quinta Decembris ejuſdem anni 1477.

Nihil juſtius, nihil ſanctius, quàm omni meliori modo providere, ne impunitum maneat crimen Læſæ Majeſtatis, & ne impunè gliſcant ſcelera contra Statum. Quod autem ſub hoc prætextu ordinaria Tribunalia ſint ſupplantanda, & ſtabiliendum

judicium

Digitized by Google

judicium extravagans, in quo ſuſpicio ad damnandum ſufficiat. Ohime! Inimicus ergò inimicum perditurus, non objiciet crimen ordinarium, ad cujus condemnationem plena probatio requiratur, ſed Majeſtatis, ſed Statûs, ut faciliori ſuſpicione perdat innocentem. Quiſnam, obſecro, id vellet fieri ſibi?

Sufficit paucis referre, Quòd Philippus Pulcher præfatam Sereniſſimæ Matris ſuæ diſpoſitionem, & Auguſti Patris ſui confirmationem expreſſis verbis nominaverit, revocaverit, caſsaverit, & annihilaverit, articulo 54. Læti ſui Introitus de 9. Septemb. 1494 ubi non tantùm præfata nova clauſula de Junctis, ſive de Conciliis ſpecialibus reperitur expuncta, verumetiam expreſsè ſancitur: *Ad hoc volumus, decernimus, & declaramus, ut ſtatim omnes Officiales contra Introitum præfati defuncti proavi noſtri Patris Philippi, deponantur, & ulteriùs, quòd quidquid impoſterum poſſet in contrarium attentari, nulliter, & nullius ſit futurum valoris, nec futuris temporibus haberi poſſit.* Ecce nullitatem

§ 4.

Adverſarii ad excuſanda juramenta D Zegeri Bernardi van Eſpen, novas fictiones edunt ſtatim refutatas.

Tandem poſt novem menſes prodiit Libellus anonymus, *Juſtitia & veritas vindicata contra calumnias, errores & falſitates, quibus ſcatet Apologia P. Deſirant, in iis quæ concernunt quoſdam ſuperiores Carmelitarum Diſcalceatorum circa PP. Leopoldum & Sylvanum ejuſdem Ordinis Religioſos.*

Aſſerunt, quòd omnia per Patrem Deſirant adducta corruunt, dummodo poſſint oſtendere, quod P. Deſirant die 16, Feb, 1707, non ſignaverit allegatum caſum conſcientiæ, nec eum illa die præfatis Patribus dederit, antequam irent ad Doctorem van Eſpen, dicunt pag, 10, & ſæpiſſimè repetunt, quod P, Deſirant ſignaverit caſum iſtum die 29. Jan. exhibitum in Conſiſtorio illius Ordinis, quod Antverpiæ abſolutum fuit 15. Feb, Inferunt, quòd ergò Pater Deſirant & duo iſti Patres ſacrilegè finxerint ſigillum confeſſionis, & quòd Doctor van Eſpen non ſit perjurus.

Breviter reſponſum eſt: quòd extiterint duo caſus. Primus incipit, *Cùm in Brevi felicis recordationis.* Signatus eſt Lovanii 29, Januarii 1707, per Patrem Deſirant, & tres alios Doctores, Hic fuit exhibitus in præfatò Conſiſtoriò, quod 15, Feb, Antverpiæ abſolutum fuit,

Secundus caſus incipit ,, Occaſione Janſeniſmi quæſitum fuit,, Eſt multo brevior, quàm primus, fuitque ſignatus Lovanii, 16, Februarii 1707. à ſolo Patre Deſirant, & eodem die præfatis duobus Patribus traditus, ut exhiberetur, prout petebant. Hæc fuſiùs probantur in Libello ,, Salvatio Chriſtiana" contra Libellum ,, Juſtitia & veritas" quem Paſchaſius Quesnellius more ſuo fingit, ſed nec probat, nec umquam probabit, prodiiſſe ex parte ſacri Ordinis Carmelitarum Diſcalceatorum.

CONCLVSIO.

Judicet Lector Catholicus, an & quantum Z B, V E. purgatus ſit à novem famoſis juramentis, bis in judicio ſolemniter præſtitis; & quàm crudeliter Janſeniſtæ pergant turpiſſimi ſchiſmatis ſui Impugnatorem Catholicum diffamare ex nequiſſima ſuſpicione, poſtquam illum legitimis defenſionibus ſpoliatum per incompetens ſeculare judicium contra fundamentales patriæ Leges coagulatum, curaverunt exui omnibus fortunis, honore, famâ (non tamen apud Catholicos) Cathedris, beneficiis, patriâ, & libertate, Calamitatem hanc adauxit, Religionem Legibus ignotis erroneâ reformatione ſubjiciens,

FINIS.

Digitized by Google